




V
B J
C
5934



ORBIS GOTHICI
LIBER II.

EXHIBENS

ORIGINES, TERRAS, SEDES
ANTIQUAS, MIGRATIONES BELLICAS, REGES, PRINCIPES, CONVERSIONEM AD FIDEM, &c.

VARIORUM SLAVO-GOTHICI NOMINIS POPULORUM

VIDELICET:

RUSSORUM, POLONORUM, PRUSSORUM, LIVONUM, ALANORUM, BASTARNARUM, HUNNORUM, &c. ALIARUMQUE GENTIUM.

GOTHIÆ SARMATICÆ

ID EST.

PATRIÆ AC IMPERIO SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS

AC

DOMINI, DOMINI

JOANNIS III.

INVICTISSIMI POLONIARUM MONARCHÆ PATRI PATRIÆ CLEMENTISSIMI VINDICATARUM, &c.

ARGUMENTORUM ROBORE PROBATUR AUCTORUMQUE TESTIMONIIS COMPROBATUR.

PER

MATTHÆUM PRÆTORIUM,

MEMELENSEM

Præp. Waiher. Sacræ Regiæ Majestatis Polon. Historiographum & Secretarium.

ANNO M. DC. LXXXIX.

Typis MONASTERII OLIVENSIS Sac. Ord. Cisterciensis.
IMPRIMEBAT JOANNES JACOBUS TEXTOR, FACTOR.

SERENISSIMO

AC

Potentissimo Principi ac Domino,

DOMINO

JOANNI III.

Monarchæ Poloniarum Invictissimo Magno Duci Lietvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Zamogithiæ, Livoniæ, Volhyniæ, Kijoviæ, Podoliæ, Podlachiæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæque.


Potentissimo Exercituum Christianorum Imperatori Patri Patriæ Clementissimo.

Dno. Domino suo Beneficentissimo

Hunc Orbis Gothici Librum II.

Humillimo devotionis affectu
D. D. D.

Matthæus Prætorius,
S. R. M. Historicus.



SYLLABUS

Contentorum Libri II. Orbis Gothici.

CAPUT I.

De Slavis. Pag. 1.

§. 1. DE Slavorum Nomine ejusque Antiquitate. Pag. 2.
2. De Derivatione Nominis Slavorum. pag. 3.
3. De Slavicæ Gentis Origine. Pag. 4.
4. Auctoris sententia de Origine Slavorum proponitur. pag. 5.
5. Chronologica Rerum Slavicarum à tempore Augusti Imperat. usque ad Caroli M. tempora. pag. 6.

Cap. II. De Russis. Pag. 9.

§. 1. De Russorum Nomine. Pag. 9.
2. De Origine Gentis Russicæ. pag. 10.
3. De Russiæ Situ & Topographia. pag. 11.
4. De Russia Regali, sive quæ Magno Poloniarum Regi paret. pag. 14.
5. De Russia Alba, quæ ad Magnum Ducatum Lietvaniæ pertinet, sive, quæ nomine Lietvaniæ venit. pag. 15.
6. De Principibus Russorum. pag. 17.
7. De Principibus Lietvanicis. pag. 21.
8. De Italorum Adventu in Lietvaniam. pag. 23.

Cap. III. De Polonia & Masovia. Pag. 26.

§. 1. De Nomine Polonorum. Pag. 26.
2. De Provinciis sive Palatinatibus ac Terris Minoris Poloniæ. Sed imprimis de Topographia sive situ totius Poloniæ. pag. 28.
3. De Palatinatibus ac Terris Majoris Poloniæ. pag. 29.
4. De Ducatu Masoviæ. pag. 30.
5. De Masoviæ Satrapiis sive Palatinatibus. pag. 32.
6. De Principibus & Regibus Poloniæ. pag. 33.

Cap. IV. De Prussia & Livonia. Pag. 35.

§. 1. De nominibus Prussiæ, Pruteniæ, Porussiæ, &c. pag. 35.
2. De Terra Prussiæ, seu de ejus Veteri Topographia. pag. 38.
3. Hodiernæ Prussiæ descriptio. pag. 39.
4. De Principibus Prussicis. pag. 40.
5. Qua ratione Terra Prussiæ, præcipuè Culmensis Ordini Teutonico tradita sit. pag. 178.

6. De

6. De Livonia. Pag. 190.
7. De Conversione Slavorum ad fidem Christianam in Terra eorum Patria. p. 192.

Cap. V. De Alanis. Pag. 203.

§. 1. De Alanorum Nomine, ejusque derivatione. pag. 203.
2. De Patria & genuina Alanorum sede. pag. 207.
3. Respondetur ad dubia Ch. Hartknochii. pag. 207.
4. De bellicis Alanorum Expeditionibus. pag. 209.

Cap. VI. De Hunnis. Pag. 210.

§. 1. De Nomine Hunnorum. pag. 210.
2. De Hunnorum Gentis Magnitudine. pag. 211.
3. De feritate Hunnicæ gentis. pag. 212.
4. De Origine Hunnorum aliorum sententiæ proponuntur. pag. 214.
5. Hornii sententia refellitur. pag. 214.
6. Auctoris sententia proponitur. pag. 215.
7. De bellicis Hunnorum Expeditionibus. pag. 216.
8. De Conversione Hunnorum ad fidem Catholicam. pag. 218.
9. Referuntur Duces & Reges Hunnorum celebriores. pag. 218.

Cap. VII. De Bastarnis & Peucinis. Pag. 219.

§. 1. De Nomine Bastarnarum. pag. 219.
2. De Nativa & Originali Bastarnarum sede. pag. 220.
3. De variis Bastarnarum populis ac præcipuè de Peucinis. pag. 223.
4. De Bastarnarum Oppidis. pag. 224.

MAgnus *Alexander*, Magnus *Pompejus* habetur,
Magnus habebaris *Carole*, Magnus *Otho*. *Sarbiew. Epig. 72.*
Ast Lechico *Major surrexit nemo JOANNE*,
Gothicus Huic Orbis non satis unus erit.
Discite Posteritas, quæ, quantáque vicerit armis;
Discite; quòd Magno Major *Achille* fuit.





LIBER II. ORBIS GOTHICI,

CAPUT I.

De Slavis.

QUæ gentes olim, communi ac generali quodam vocabulo, *Sarmatæ* dicebantur & *Gothi*; illæ omnes, olim & nunc, ab Eruditis, annumerantur *Slavis* [a] adeò ut tam modò extensum, (si non extensius) sit Slavorum, quàm Sarmatarum nomen. Certum etenim est ac indubitatum, gentem hanc adeò Martis gloriâ eminuisse, ut nativam non modò sedem ab incursibus alienarum gentium defenderit, sed & imperium nomenquè suum ad longè dissitas propagârit regiones: *Mysiam* scilicet, *Daciam*, *Pannonias*, *Dardaniam*, *Liburniam*, *Dalmatiam*, *Illyricum*, *Istriam*, aliasquè his vicinas regiones sibi subjecerit; *Epirum*, *Macedoniam*, *Græciam*, *Thraciam*, *Hispaniam*, *Galliam*, *Teutoniam*, *Italiam* vexaverit: in *Asiam* denique & *Africam*, cum *Gothis* & *Vandalis*, vel potiùs sub eorum nomine penetrâvit. Et esto, nostrâ ætate politia & potentia vetus Slavorum, imperiumquè diminutum esse videatur, *nomen* tamen retinuit, adeò ut & Eruditioresquè plerique ad Slavorum gentem, ceu fontem rivulos, nationes sequentes accenseant; scilicet, præter nostram *Utramque Poloniam* & *Masoviam* referunt & *Lietvanos*, *Zamogetas Prussos*, *Curones*, *Leivones*, *Vendos*, *Cassubios*; *Russos*; *Volhynios*, *Moschos*, *Bulgaros*, *Serbos*, *Rascianos*, *Bosnios*, *Dalmatas*, *Morlacos*, *Valachos*, *Moldavos*, *Dulebianos*, *Drewlianos*, *Traslanos*, *Podolios*, *Poculios*, *Palucios* &c. Item *Bohemos*, *Lusatios*, *Silesios*, *Moravos*, *Creatos* seu *Karvatos*, *Carnos*, *Vendos* aliosquè eorum plures populos.

Sarmatæ ac Gothici Populi Slavis sunt annumerati.

Provinciæ Slavicæ.

Provinciæ à Slavis debellatæ.

Nomen Slavorum manet apud multas gentes.

Hæ nationes universæ, quamvis dialectis inter se varient, unius tamen lingvæ & Originis habentur, idemquè Slavorum nomen atque eandem cognationem profitentes. De quibus omnibus agere, nostri hìc non est instituti. Celebriores tamen Patriæ nostræ incolas tangemus.

Slavorum variæ dialecti.

[a] Cluver. lib. 3. Germ. Ant. pm. 688.

§. I.

De Slavorum Nomine ejusquè Antiquitate.

Nomen Slavorum variat.

NOmen Slavorum variat apud Authores. Dicuntur *Slavi* & *Slavini*. Apud Recentiores ut & in Tabulis Geographicis *Slavoni*; nonnullis autem *Sclavoni* audiunt. Germanis & Ungaris *Schlavaken*, *Schlavonies*, Italis *Siavi*. Horum primus, quod ſciam, inter Hiſtoricos meminit *Procopius Cæſar* de bellis Juſtiniani Imper. ſcribens, quamvis & *Flavius Blondus* Foroduliens, in Hiſtoria *Honorii* & *Arcadii* Imp. Rom. illorum mentionem fecerit. Unde hæc habuerit ? non liqvet. Certum mihi eſt, *ante Procopii* & *Jornandis* tempora, nunquam nomen Slavorum vel Slavinorum, cùm apud Latinos, tùm apud Græcos Auctores inveniri. Quare *recens* videtur eſſe Slavorum nomen, & eſto, non pridem natum, certè Orbi erudito longè poſt Chriſtum eſt. *Antiquius* tamen cenſendum, quàm, ea nomina, quibus hodiedum populi inſigniuntur ad Slavos pertinentes; ut ſunt *Sileſii*, *Pomerani Pruſſi Boſnenſes Croati*, *Raſciani*, *Volyni Podolij Pocutij Polucij Povaſani*, *Maſovii Cujawiani*, *Vilti*, *Luſatii Moravi &c.* Equidem *Bojehemorum*, Seu. *Bohemorum* & *Boienum* (*gentis Slavicæ*) *veteres quidam* Auctores Scilicet *Ptolomæus Tacitus* &c. memorant, ſed ita, ut *Germanis* adſcribant quo verò ſenſu hæc accipienda ſint, enodavimusb. lib. Cap. c. §. 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. *Caſſubios* Slavos ante Natales Chriſti quoque exſtitiſſe, locaquè quæ modò tenent, tenuiſſe, auctor eſt *Saxo Gramaticus* cùm, ille nullum ex veteribus alleget pro hâc ſententia auctorem, meritò de veritate illius dubitatur. Conceſſerim Caſſubios hic locorum exſtitiſſe, ſed quod Romanis vel Græcis ſub *nomine Caſſubiorum* noti fuerint, vix mihi videtur probabile, ſilente de hâc re, totâ antiquitate. Ita quoque *Moſchorum* nomen, quibusdam videtur ſatis Antiqvum quod illorum populorum veteres Authores (ut ſunt Ptolomæus[b] Plinius[c] Joſephus[d]) meminiſſe videantur; ſed hoc num nomine, noſtros Ruſſos, Slavos ſeu Sarmatas: num verò potiùs gentem *Cappadociam* in *Armenia*, *Colchis* finitimam, intelligent, diſceptatur.[e] *Ruſſorum* tamen Nomen, *vetuſtius* in Sarmatia noſtra fuiſſe, quàm Moſchorum, communiſſima Polonorum, & qui de Sarmatia ſcripſerunt, A. A. eſt ſententia.[f] Certè *Auguſtius* olim fuit & nunc eſt Ruſſorum, quàm Moſchorum nomen, ut & aliarum in Ruſſia gentium; ut ſunt *Vlodiminenſes Freverienſes*, *Suſdalienſes*, *Kyovienſes* &c. Inde Magnus Dux Moſcoviæ, quem Czar vocant, ſe non tam Moſcorum quàm *Ruſſorum* nominat *Dominum*; & Patriarcha Moſchorum ſe nominat communiſſimè *Patriarcham Ruſſorum*.

Recens nomen Slavorum.

Caſſubii Slavi.

Moſchi Ruſſi, non ſunt Moſci Veterani Authoribus.

Ruſſorum nomen vetuſtius & Auguſtius eſt nomine Moſchorum.

Moſcovia proprie Ruſſia dicenda.

§. II.

b l. 5. c. 9. *c* l. 5. c. 27. *d* lib. 1. Ant. Jud. c. 11. *e* Videntur Strab. lib. 11. Cur. c. l. *f* Cromer. lib. 1. c. 9.

§. II.
De Derivatione Nominis Slavorum.

CUm omnes ferè Gentes denominationem suam soleant accipere, vel à *Ducibus*, ut *Tuiscones*, *Teutones*, *Vanniani*; vel *à situ Locorum*, ut *Pomerani*, *Pedemontani*, *Cisalpini*, &c. vel *à Prioribus incolis*. Ita *Trojani* dicti sunt *Itali*, quod ab Italis hospitio sunt excepti, *Gothi*, *Daci*, *Thraces*, &c. vel à *Debellatoribus*. Sic *Schonii*, olim Dani, nunc *Sveci* audiunt: vel denique ab *eventibus* & à *Studiis*, ut *Nomades*, *Poloni*, *Pruteni*, *Prussi*, *Sarmatæ*. Hic jam perpendendum est, è quo fonte hujus celeberrimæ Gentis denominatus promanârit. Equidem in hac re Authores non conveniunt. Sunt qui Slavorum Nomen derivant à voce *Slowo*, quod Polonis est *verbum* seu *sermo*, ita, ut, cùm ipsi se *Slovacos* vel *Slovanos* nominant, *verbosos* quasi dicant. [g] Non placet nobis hæc Etymologia, cùm verbositas semper sit in vituperio posita; hinc vix probabile mihi videtur, celeberrimam hanc ac generosam gentem inde aut nomen accepisse, aut ab aliis datum acceptasse. Nisi fortè *Slowacis* dicti sint Poloni ad *Slowa*, scilicet *verbo*, quod *verbo constantes* essent, sive *dictorum tenaces*, quasi *Slowni*. Hinc etiam nunc Polonorum proverbium est. *Verbum Sztachic*; quod Polonæ indolis ac generositatis sit, *verbo stare*, *dictis neminem fallere*. Et hoc à Slavis nativum accepisse videntur, tanquam ab Origine, quorum hæc virtus, scilicet *fidelitas in verbo* supra cæteras gentes potissimùm Græcos sibi finitimos enituit, quæ hâc in re publicè vapulabant, juxta Veterum & Romanorum testimonium. Nonnulli nomen hoc derivant à vocabulo quodam Prussico veteri *Slabbas*, pro quo modò Zamogetha & Prus effatur *Slubas*, quod *claudum* significat, vel *malè* incedentem. Neque hæc derivatio placet, idquè ex priori ratione. Proprior ac genuina videtur illorum sententia, qui à *Slava*, Polona voce, Prussis Zamogethis, Lietvanis *Slova* dicitur, i. e. *fama*, nomen Slavorum derivant, eò quod famæ studiosi, celebres per Orbem populi fuerint. Corrigendus hic videtur error *Italorum*, qui ut molliùs eloquantur pro *L. I.* enunciant ut pro *placet piace*, pro *flatu*, *fiato*; Sic pro Slavo Siavo: quo nomine *Servos* suos & *mancipia* nuncupant. Flexio autem nominis Slavi in Slavacos & Slavinos, est communissima inter Sarmatas, eisquè propria ac præsertim Gothis; quâ enim ratione Gothi, Gothini, Gothuni, &c. eâ, & Slavi, Slavakai & Slavones &c. audiunt. Voces autem hæ denotant *descendentem* vel *dependentem à Slavis*, eorumquè moribus populum, quod autem alii C. interponant scribendo & eloquendo *Sclavi*: puto illud dialecto nationis cujuspiam singulari adscribendum esse condonandumquè.

Gentes unde denominationem accipiant?

Unde nomen Slavorum? An à Slavo? Polon. voce.

Verbo stare, generosæ indolis est.

Slavorum fidelitas in verbo.

An à Prussico Slabbas?

Derivatur à Slava Pol. i. e. fama.

Error Italorum in hac materia.

Flexio Slavi in Slavacos & Slavinos, unde? Slavoni, Szluvaci voces quod denotant. Unde Sclavaci dicti?

§ III.

g Crantur c. 1.

§. III.
De Slavicæ Gentis Origine.

Origo Gentis Slavicæ an à Vandalo? Vandalus quis?

Variant Authores in designandis Originibus Slavorum.

HArum gentium *Originem* deſcribit Beroſus, à *Vandalo*, priſci illius Noæ filio, poſt diluvium Orbis terrarum nato, dictumquè fuiſſe *Tuiſconem*, Imperatorem terrarum *in Tanai ad Rhenum usque.* Alii alias afferunt Origines: deducuntquè has gentes à *Japeto* Noe filio; ex Japeto enim dicunt natum fuiſſe. *Javanum*, ex hoc *Philaram*, ſeu *Vylaram*, ex eo *Alanum* primum, inde *Anchyſem*, inde *Æneam*, hinc *Aſcanium*. Ex eo *Pamphilum*, hinc *Reaſilinum*, hinc *Alanum ſecundum*, qui primus ex Aſia in Europam migraſſe cum ſuis creditur. Eum verò quatuor habuiſſe filios, ex hic natu maximum, *Vandalum*, Viſtulæ flumini ac *Polonis* nomen dediſſe, ut *vandali* dicerentur. Hunc denique multos liberos ſuſcepiſſe, qui quartam Europæ partem occuparint, conditores variorum Regnorum, ſcilicet. *Polonorum*, *Ruſſorum Caſſubiorum*, *Svetiorum*, *Bohemorum*, *Moravorum*, *Slavorum*, *Dalmatarum*, *Pannoniorum*, *Boſnenſium*, *Creatarum*, *Bulgarorum*, &c. Hanc opinionem falsè ridet *Martin Gomerus* [h] ejusdemque opinionis auctores nugacitatis inculat, utpote qui nullo argumento ſolido nixi, aut auctoritate, in modo recenſitis ſubſiſtunt; *quaſi* (verba ſunt Cromeri c. 1.) *aut Phædriæ aut Thraſonis è Comediis aut capeti Tyberiniquè ex hiſtoriis iis deſuerint*, *aut comminiſci plura ipſi arbitratu ſuo non potuerint.* Alii ab his diverſæ ſunt ſententiæ. Deducunt enim Slavos à *Japeto* & *Javano*, ſed longè alia ratione, ſcilicet, per *Eliſam* filium, à quo *Æoles*, *Helenes*, confines Thracibus deſcendunt, adduntquè hujus rei argumento eſſe *Javani nomen*, quo Slavi etiam nunc utuntur. Huic opinioni favere videntur *Joann Dlugoſſus*, *Prybislas* & *Comas*, Authores Bohemi. *Joannes Merignola* Archiep. Florent. & *Philippus Catimachus* Itali Authores. *Annales MS. Moſchorum*, referente *Sigismundo ab Herberſtein* [i] originem gentis hujus derivant, ex natione Japhet, quam olim conſediſſe ad Danubium, ubi nunc *Hungari* & *Bulgari*, tum *Norci* appellati, tandem diſpalatam & per Terras diſperſam, nomina à locis vel Principibus eorum accepiſſe referunt. Sic *Moravos* à *Morava* fluv. *Lechos* à Lecho, *Zechos* à Zecho, *Drewlianos* dictos, in memoribus habitantes, *Poluczianos*, à fl; Pulta &c. Albertus *Krantzius* in ſua Vandalia, Vandalos & Gothos unam cum Slavis gentem reputat, Vandalos autem & Gothos cùm antiquis Germaniæ populis annumeret, quos cum Teutonibus omnino confudit, facit illos originis eſſe Germanicæ, ſeu potiùs Teutonicæ; ita quoque in hâc materia derivans, Teutonibus ſuis adſcribit ea, quæ Sarmatis Vandalis & Slavis attribuere deberet, malâ Germanicæ vocis informatione deluſus,

Javani nomen apud Slavos celebre.

Krantius notatur.

h lib. 1. c. 2. i lib. 1. pm. 2.

§. IV.
Auctoris Sententia de Origine Slavorum proponitur, &c.

EAdem nobis de gentis hujus Origine Sententia in præsenti est, quæ fuit supra de Origine gentis Gothicæ. Cum enim nullus è Veteribus verum ac proprium Slavorum Parentem nominet, neque nobis nominare illum fas & tutum est. Sufficiat cupido non minùs Antiquitatis quàm Veritatis Lectori, fuisse quondam generosi sangvinis animiquè virum, quod ex superstite propagine, generosâ scilicet Slavorum Sarmatarumquè gente clarè & abundè constat. Aliàs ad Scythas olim relati sunt Slavi, quo nomine Histriam, primas Venetici Anguli fauces eos invasisse, atque inde in Poloniam, Bohemiamquè rediisse sub tempora Mauricii, seculo post Christum VI. nomenquè Polonorum ac Bohemorum accepisse, narrat *Sabellicus* Ennead. 8. lib. 2. Vistulatenus autem ævo suo Jornandes dicit eos habitasse. Verba illius accipe: *Introrsus illi* Dacia *est, ad coronæ speciem arduis Alpibus communita, juxta quarum sinistrum latus, quod in Aquilonem vergit, & ab ortu Vistulæ fl. per immensa spatia venit*, Vinidarum *natio populosa consedit, quorum nomina, licet nunc per varias familias & loca mutentur principaliter tamen* Slavini & Antes *nominantur.* Slavini viselatenus *commorantur, paludes silvasquè pro civitatibus habentes.* Antes *à Danastro ad Daneprum extendentes ad littus verò Oceani, ubi tribus faucibus fluenta Vistulæ amnis ebibuntur*, Vidiari *resident, ex diversis nationibus aggregati. Post quos, ripam Oceani etiam* Æstii *tenent, pacatum hominum genus omninò. Quibus in Austro assidet,* Agazirrorum *fortissima gens, frugum ignara, quæ pecoribus & venatu victitant.* Et paulò post, inquit idem: *Venedos & Herulos esse ab una stirpe exortos, qui tria tunc nomina reddidere, Veneti, Antes, Slavi*, &c. Ex his palam est; (1) Slavos tunc temporis incoluisse terras ad Vistulam Polonorum & Prussorum. (2) Æstiis (Prussis) succini Dominis confines, fuisse (3) atque unius stirpis cum Venedis, Herulis Antibus &c. (4) Venedos vel Vinidas Herulos eosdem fuisse populos, quos Authores Slavos nominant. Consentit *Eginhardus* in Vita Caroli M. qui Slavos & Æstios Prussici Imperii olim Dominos conjungit. *Hi*, inquit, (Slavi & Æstii) *littus Australe Sinus Codani, prout Dani & Sveones littus septentrionale tenent.* His tamen terrarum angustiis, magnam Slavorum gentem non inclusam dicimus, quippe quorum habitationes ad *Danubium* cum *Bulgaris, Mysiis, Scythis* ferè communes fuerunt, & ab utrisque, simul cum *Antibus* Rom: Imperium infestatum fuisse refert. *Blondus* c. l. *Slavos Danubii accolas* dicit. Videtur quoque *Pompon. Lætus* sub nomine *Scytharum* illorum meminisse, quando refert *Anastasium* Imp. R. duxisse *longum murum* à mari ad *Selibriam*, ne incursiones Mysorum Bulgarorum & *Scytharum* Constantinopolitanis obesse possent. Ex his cognoscet attentus Lector, (1) *Slavos* illas ipsas inhabitasse terras,

Slavi olim ad Scythas relati Histriam invadunt.

Quando Poloniam Bohemiamq; ingressi?

Slavi ad Vistulam.

Antes populus

Vidiarii.

Agazirrorum Gens.

Slavi Æstiis confines.

Ad littus Australe sinus Codani.

Slavorum territoria ampla.

Slavi danubii accolæ.

Slavi Poloni Russi.

Una cum Gothis, Vandalis, Herulis, Gens.

ras, quas modo *Poloni Rusſiquè* inhabitant, & quas Terras olim Gothi Vandaliquè tenuerunt. (2) Slavos cum Herulis Gothis & Vandalis unam fuiſſe gentem, adeoquè ad Orbem Noſtrum Gothicum referendos.

§. V.

Chronologica Rerum Slavicarum à temporè Augusti Imp. usque ad Caroli M. tempora.

Roxolani Ruſſi, Slavi.

Innotuerunt Slavi nomine Scytharum & Getarum.

Berebiſtes Getarum Rex.

Slavi magni habiti ab Augusto Imp. R.

Cotiſon Slavus Affinis Augusti C.

Roxolani cædunt Romanos

Bellum Dacicum ad 26. annos.

Decebalus Rex.

Svevi in Moeſia.

Bellum-Marcomannicum.

Dacicum.

STrabo, qui tempore *Augusti* vixit, quamvis Slavorum nomen non habeat, meminit tamen *Roxolanorum*, qui non alii ſunt, quàm noſtri *Ruſſi*, Princeps Slavorum populus. *Ultra*, inquit, *Roxolanos*, *an aliquis habitet*, *neſcio*. Slavi tum temporis nomine *Scytharum* & *Getarum* Romanis innotuêre, quippe *Berebiſtes Getarum* Rex, tantùm militari exercitatione, aliisquè virtutibus profecit, ut finitimas pleras-que gentes ſuo ſubjecerit imperio: *Iſtrum* audacter tranſiens, *Thraciam* regionem devaſtans, *Celtas* & *Bojos*, *Tauriscosquè* delerit. *Augustus* hanc gentem tàm magnifecit, ut quovis modo illam ad amicitiam pellexerit, adeoquè & *Cotiſonem*, Slavicæ gentis Principem *affinem* ſibi fecerit. De quo Horat. lib. 2. Carm.

Anno Chriſti 73. *Ottonis Sylvii* temporibus Romanorum Legiones & Duces à *Roxolanis* i. e. Slavis cæſos fuiſſe meminit *Tacitus*. Anno 88. *Dio* refert de *bello Dacico*, quod à *Decebalo* Duce inchoatum, Romanos valdè exercuerit, ubi memorantur *Svevos* trans Iſtrum in *Mœſia* habitantes, aliosquè populos Daciæ confines, qui non poſſunt alii eſſe, quàm noſtri Sarmatæ ſeu Slavi. Bellum hoc duravit ferè ad 26. *annos*, & nonniſi morte ejusdem Decebali finitum.

Seculo II. Exortum bellum *Marcomannicum A. C.* 168. in quo ſine dubio populi, qui nunc Slavis annumerantur mirè exercuerunt Romanos. Vid. *Julius Capitol.* in Marco. *Anno Chriſti* 184. mentionem faciunt Authores *Dacici* belli, tempore *Commodi* Imperatoris, [k] in quo Slavici populi, tanquam confines ac poſſeſſores Daciæ non inanes egiſſe perſonas, omnino probabile eſt.

Slavi Romanum Imp. Græciam, Pontum Aſiam vexant.

Seculo III. Ac. 231 Slavi ſub nomine *Germanorum*, Danubium tranſgreſſi, Romanos fines hoſtiliter invadunt & exercitus ripis inſidentes viriliter oppugnant. *Anno* 261. *Græciam Pontum & Aſiam* nomine Gothorum & Sarmatarum iidem depopulati ſunt. Eorundem irruptiones continuatæ ſunt per multos annos, ſub *Aureliano*, *Floriano*, *Probo* & ſequentibus Imp.

Slavorum bella contra Conſtantinum M. Conſtantium.

Slavi ſub Imp. Rom. bellant.

S. Martinus Slavus.

Cyrilli Characteres Slavonicè, dicti czirulici.

Seculo IV. Anno Chriſti 333. Contra *Conſtantinum M.* ſub nomine Sarmatarum bella geſſerunt, de quo Euſeb. [l] *Hieronimus* in Chron. & Pompon. Læt. Iidem *Anno* 358. contra *Conſtantium* ſub nomine *Barbarorum* & *Sarmatarum*. Et *Juliano* Cæſare imperante, Slavos bellasſe exinde probabile eſt, quòd in ejus exercitu Divus *Martinus* militârit quem Slavicæ gentis fuiſſe referunt. Sub illud quoque tempus *Cyrillum* quendam (dubito an ſit ille antiquior?) lingvâ & characteribus

k Calvis in Chron. ad h. ann. l In vita Conſtantini M.

bus Slavonicis contra Julianum scripsisse tradunt nonnulli; quod Exemplar adhuc ante Seculum *Erphordiæ* repertum in *Bibliotheca Reuchlini* fuisse refert *Sarnicius.* [m] Sub idem tempus *S. Hieronymus* vixit, qui quòd Slavicæ lingvæ gnarus fuerit genusquè literarum, quòd *Bucovica* vocant, primus tradiderit, sicut illas alias *czirulicas* dictas *Cyrillus* communiter refertur, teste *Sarnicio.* [n] *Bibliotheca Reuchlini. Hieronymi Charactères, dicti Bukowica*

Seculo V. Ex Sarmaticis scriptoribus idem Sarnicius refert, Slavicas Gentes, bello vastasse vicinas terras, & duce *Bardillo* Dacos expulisse ex Dacia. *Bardillo Dux Slavoni.*

Seculo VI. Expresse Nomen Slavorum enituit, *Jornande* teste. iiquè ad *Vistulam* ponuntur, dicti etiam *Vinidæ* & *Vendæ*, jam olim & Vandali, omnes autem Gothi, quod *Procopius* de bello Gothico probat, cujus verba lubet adscribere. *Gothicæ*, inquit, *Gentes multæ quidem, & aliæ priùs fuêre quàm nunc, omnium maximæ & potissimum* Gothi *&* Vandali *&* Visogothi, *&* Gepides *&* Sarmatæ *&* Melanchleni *appellati; sunt qui &* Geticas *has gentes vocant*, &c. Ad vistulam autem Gothos degisse lib. 1. satis probatum. Hoc seculo innotuit *Slavorum ingeniosa militia, in captandis hostibus*, quæ adhuc apud nostros Sarmatas in usu est, diciturquè Polonicâ lingvâ *Jezyká dostác. Procopius* de bello Bellisarii sub Justiniano Imper. cui Slavi assistebant, scribens hæc habet: *Cum Belisarius*, inquit, *Sollicitus esset, ut adipisci posset aliquem ex Gothis nobilem virum, qui ei posset patefacere consilium Gothorum, cujusnam rei fiducia tam gravia bella tolerarent: Id* Valerius *intelligens ex* Imperatore, *operam ei mox ea in re pollicetur. Esse namque sua in cohorte* Slavinorum *quosdam, qui vel angustiore rupe, arbustovè delitescere consvêssent, eoquè pacto, ex hostibus, quam vellent, arriperent, cujus rei, cùm ad Istrum flumen, ubi sedes ipsi haberent, tum Romæ in barbaros alios periculum factitassent. Belisarius itaque, cùm sibi hæc dicta perplacuissent, Valerio statim iniunxit, ut id negotii diligenter curaret. Tum ille delectum ex Slavinis aliquem, qui corporis magnitudine multis præstaret & robore, virquè accerrimus esset, & ad eam rem peridoneus, ex hostibus aliquem comprehensum, ad se ut deduceret, misit, promissis hunc oneravit, si modò factis id exequeretur.* Slavinus *itaque ille, mox abiens antilucano tempore eum in collem evadit, in quo pro Pabulo desecando quotidie certabatur, ibiquè* humi prostratus, rubo & sentibus obtectus *delituit. Tum simul ac dies illuxit, vir Gothus quidem, eodem adveniens, herbas mox legere, nec ex rubo quicquam suspicari, quo ille integabatur, sed identidem, subiecta in castra despicere, cavereque item ne quis in se hostium adventaret. Tùm repentè Slavinus exortus,* barbarum *à tergo invadit, complexusquè in medium, & simul elatum, Romanorum in castra mox intulit, Valerianoquè in manus tradidit. Hic Imperator tanti fecit Slavos, ut ad ipsos* legationem *quandam miserit* Solennem, *quo honorificè inuitabat ad sedes veteres in Istria (ad urbem Trajani dictam) occupandas & incolendas.* Slavi tum temporis audierunt *Spori*, quod quidam *Russos*, i. e. *dispersos* juxta Procopium [o] exponunt *Slavorum ingeniosa militia in captandis hostibus. Slawi assistunt Justiniano Imp. R. Slavi Vinidæ & Vendæ. Gothicæ gentes multæ. Slavi Spori dicti & Antitani.*

[m] lib. 4. Annal. p. 187. [n] c. l. [o] lib. 1.

ponunt. Illas autem *ad Illyricum Terras* jam dudum tenuisse Slavos, patet ex *Appiano Alexandrino*, à quo *Antitani* vocantur, qui nulli alii quàm nostri Slavi sunt, & Jornandi ac Procopio Slavi & ante audiunt. Celebratur circa hæc tempora memorabilis *pugna Slavorum* Antarumquè cum Romanis ad Istrum fl. sub duce *Hildibio*, quem cum toto exercitu fuderunt, resquè Romanorum non parùm attriverunt, de quo Procopius c. 1. Hinc *in Illyricum* & *Thraciam* effusi, ad *Epidaurum* usque omnia vastârunt. Anno 585. *Slavi Hunnis immixti* sub Rege Hunnorum *Chaiani*, vulgò *Chan*, Thraciam diripiunt, & Græciam. Hoc seculo circa Annum Christi 594. nomen Polonorum emersisse probat Sarnicius ex Blondo. [p] Verba Auctoris sunt: *Altera*, inquit, *Slavorum pars*, *Mauricii temporibus in Dalmatiam Illiriumquè migrasse dicitur*, *qui verò manserunt*, paulo post *mutarunt nomina*, *& partim se* Polonos, *partim* Bohemos *nominârunt*. Ex quo liquet, (1) Slavorum sedem fuisse, quæ nunc Polonorum est, confiniumquè gentium. (2). Slavos cum Bohemis unam gentem fuisse, unumquè Imperium tenuisse. (3) Polonorum potentiam majorem fuisse. (4) Ex his oris profectos Slavos in Dalmatiam & Illyricum vicinasquè provincias fuisse. Exinde 5. rursum in Poloniam commigrasse Patriam suam. Eodem anno *Priscus* Dux Mauricii Imper. R. cepit *Musacinum*, quem Poloni *Muzik* vocant temulentum, funusquè fratris in Regiâ peragentem. Sequenti anno 595. *Italiam* ingressi per Istriam, (cujus rei meminit Gregorius in Epistol.

Slavorum victoria contra Romanos.

Slavi Hunnis immixti.

Nomen Polonorum quando emersit.

Slavorum Dux Musacinus.

Slavi in Italia.

Seculo VII. Slavi *Garibaldum filium Thassilonis* Austriam & vicinas regiones populantem, *Sigiberto* simùl *Austriasiæ Rege* profligato, debellârunt, quibus *Dagobertus* à Saxonibus adjutus, obviàm processit, Slavosquè vicit. Ob quam rem prosperè gestam, Dagobertus Saxoni quingentos boves stipendii loco misit. *Trithemius* ad h. ann. Post hanc nihilominùs cladem Slavi sese recolligentes, Italiam invadunt, & cum *Ajone* Principe, & *Rodoaldo Samnite* vario marte dimicant. Hi Anno 680. cum *Bulgaris* (Slavica quoque gente) *Thraciam* invadunt, & Imperatores Rom. tributa dare cogunt. Cum Anno 686. Justinianus II. alias Slavicas barbarasquè gentes profligasset, Bulgari Slavi Justinianum fugant.

Slavi in Thracia.

Slavi fugant Justinianum.

Seculo VIII. Anno 707. *Justinianus* ope Slavorum Bulgaricorum, quorum Rex *Terbellinus* dictus, imperium recipit. Hos Jornandes simpliciter *Slavos* vocat, quos *Suidas* ad Istrum ponit. Anno 713. Slavi hi totam Thraciam depunantur, Constantinopolin. ad auream portam usque deprædantes. Hoc seculo Reges Slavorum à Slawo nomen sibi sumpserunt. Ita tum temporis, *Vratislaus* Bohemiæ Rex floruit, quorum plurimi secuti à Slawa nomen suscipientes; scilicet *Boleslaus*, *Chabriboleslaus*, *Vacislaus*, *Miecislaus*, *Vencislaus*, *Maslaus*, *Primislaus*, *Vladislaus*, *Jaroslaus*, *Zaslaus*. *Boretislaus*, *Miruslaus*, &c. Porro Slavi sub Constantino *Macedoniam* vastârunt, Bulgaris immixti *Carolo M.* bellum intulerunt, à quo deinde victi sunt, de quo *Abbas Ursbergens.* Hic Imperator contra Slavos, *Magdeburgum* fundavit propu-

Slavi Bulgari restituunt Justinianum Imp.

Reges Slavorum nomen à Slawa sibi sumunt.

Slavi Macedoniam vastant.

Magdeburgum contra Slavos extructum.

p lib. 1. Dec. 1. Histor.

propugnaculum Teutonum adversus incursiones Slavorum. [q] Hæc verò deprompta sunt ex Authoribus qui suis Principibus mente & calamo deservientes, minùs in laudem Slavorum scripserunt. Quod si hæc natio eô tempore literis exculta fuisset, procul dubio plura & majora Martis facinora proponere his potuissemus ab illorummet desumpta calamo. Sed sufficiant hæc in præsenti, ut ad reliqvos Slavicæ seu Sarmat: gentis populos descendamus.

CAPUT II.
De Russis.

PEr totam, quà latè patet Sarmatiam nobile ac celeberrimum est *Russorum* Nomen, omne ferè id terrarum complectens, quicquid *inter sinum Venedicum, Livoniam, Sveciam, Finlandiam, Oceanum Glacialem, Rha fl. Volgam, Mœstri Paludem, Mare Ponticum, Sarmaticos montes ac Poloniam* propriè sic dictam positum est. *Recens* id habetur *nomen* à Geographis communiter, adeo ut Slavorum & Bulgarorum nomina antiquiora censeant. Et certè Annales Russorum non transcendunt seculum octavum; non tamen adeo novam puto esse gentem; Vetus enim illa natio multis seculis sub nomine Roxolanorum & Sarmatarum Orbi innotuit. Et nomen, esto non exteris notum eruditis scriptoribus, tamen harum Terrarum incolis *antiquissimum* fuisse existimo: Si enim non *Poruscorum*, seu prout Romani Græcique Scriptores, pro innata sibi dialecto molliùs efferunt *Boruscorum*, jam veteribus sat notum fuit. Certè Ruscorum seu Russorum nomen tum temporis præsertim in his locis notum fuisse debuit; nam *Porusci* seu *Borusci* vox denotat homines Russorum conterminos. Quod si verò tum temporis Ruscorum nomen non fuisset neque Porusci finitimi populi Russorum nomen id sibi dare vel accipere potuissent. Flexio autem *Russorum* in *Ruscorum* nomen facilis est; nam si Romani in nativa lingva licentiam talem mutandi & transponendi literas sibi usurpârunt, quidni in exteris, peregrinis & barbaris nominibus?

Russiæ situs.

Russiæ nomen recens Authoribus.

Annales Russorum.

Gens tamen Russorum antiquissima.

Borusci vox quid significet?

§. I.
De Russorum Nomine.

NOmen *Russorum* apud Authores *variat.* Dicuntur communiter *Rusi* & *Rusii.* Græcis *Rosi*, Polonis *Russaci*: Antiquis *Rosseri*, Plinio *Roxolani*, Straboni *Roxani* vel *Rossani*, quibus ille loca inter Tanaim & Boristenem assignat. Teutonibus vocantur *Renssen* item *Russen.* Curonibus, Leivonibus, Nadravis, Zalavonis, cæterisque Prussiæ populis communissimè *Guddæ* vocantur. Melæ [r] videntur nomine *Riphacum* venire, prout Græcis communiter nomine *Scytharum* & *Sarmatarum* venerunt. Saxoni Gramm. audiunt. *Rutheni* quos

Nomen Russorum variat.

Russi Guddæ.

[q] Sarnit. lib. 4. Annal. [r] lib. 1. c. 2.

An Russi à Ruthenis Gallis?

quos cum *Danis* & *Sveonibus* seu *Svecis* multa bella ante natum Christum gessisse memorat. Hos *Bodinus Teutonibus* annumerat, à *Ruthenis Gallis* originem trahentes: sed perperam. Non enim est probabile, Ruthenos, Gallicos apud Julium Cæs. populos, nostris Russis Slavis seu Sarmatis originem dedisse, cùm intercapedo locorum ac diversitas lingvæ, imò longè differentes ritus ac mores gentium id denegent.

Unde nomen Russorum derivandum? An à Russo PrincipeRuss? An à Colore fusco Rus dicto. An à Roxolanis? An à Civitate Rus? An à Græca voce ῥῦς? An à Chaldaica voce Ressisaja? An à Rausse Lietvanico? An à Voce Ruszus?

Unde Russorum nomen venerit? non una est Eruditorum sententia. Sunt, qui Russos à *Russo* quodam Lechi & Prussi fratre vel nepote, qui illorum princeps fuisse creditur, nomen accepisse volunt. Alii nomen à fusco illius gentis colore, qui Teutonibus *Rus* dicitur, deducunt. Multi mutato nomine *Roxolanicè* in Russiam, *Roxolanos* Russos cognominatos esse putant. Nonnullos Russos dicunt dici, à perantiqua Russorum civitate, *Rus*, dicta, quæ nunc est sub ditione *Novogardiensi*, à qua duodecim: ab *Ilmen* Lacu verò tredecim milliaribus distat. Quibusdam placet Russorum nomen ex vocis græcæ origine trahere, nimirum à fluxu, qui Græcis ῥῦς dicitur. Aliis ex lingva *Chaldaica*; scilicet à quadam Guttulata dispersione, quæ *Aramæis* dicitur *Ressisaja* sive *Ressaja*; quasi *Guttulatim dispersos vel fluctuantes populos* dicere vellent. Sunt qui à voce *Rausse*, quæ ligvâ Lietvano-Russorum cuniculos significat, derivant; qua voce Russo Lietvani Zamogethæ, Prussi subterraneas illas speluncas, in quibus grana recondunt Russi vocant. Quidam à voce *Ruscus*, quod est *impetuosus*, denominationem requirunt quasi feroces Russorum animos ea voce notantes. Mihi probabilior his videtur derivatio quam L. B. ab Herberstain [f] ex Annalibus Russicis affert,

Derivatur à Rosseja.

nimirum, Russiam Antiquitus vocatam fuisse *Rosseiam* quasi gentem dispersam vel disseminantem, id quod nomen ipsum indicat. *Russea* nomen Russorum ut & Prussorum veteri lingva *disseminatio* seu potiùs *dispersio* dicitur quod verum esse, tam varii populi, incolis Russiæ intermixti, tum diversæ Provinciæ, Russiæ passim interjacentes, tum loca inhabitatorum variè dispersa apertè testantur.

§. II.
De Origine Gentis Russicæ.

Ros Princeps apud Ezech.

QUæ origo gentis hujus sit, non facile est investigare. Apud *Ezechielem* Prophetam, (juxta Eusebium & Symmachum) mentionem fieri Principis *Ros Mosoch* & *Tubal*, certum est. Sed quid per *Ros* intelligendum sit, variant Authores. *Eusebius* [t] per eam gentem *Romanos* intelligit. Divus verò *Hieronymus* in Ezech. ambigit, propriumne gentis alicujus nomen sit Ros, an *caput* eo loci significet? Quod si Ros gentis nomen est, Russis affine esse videtur; attamen de Rosso hoc neque *Mosen*, neque *Josephum*, neque *Berosum* in Genealogiis suis quicquam agere palam est.

Origo Russorum ex annalibus Russorum.

Ex annalibus Russicis hæc tantùm profert *Herberstein*, c. l. pm. 2. *Gentem*, inquit, *hanc Slavonicam esse ex natione Japhet, atque olim consedisse ad Danubium, ubi nunc*

f In Comment. rerum Moscovitic. t Demonstratione Evangel. lib. 9.

nunc Hungaria est & Bulgaria, & tum Norci *appellatam; tandem dispalatam, & per Terras dispersam, nomina à locis accepisse, utpote Moravi à fluv. alii Ozechi, h. e. Bohemi: item Chorvati, Bieli, Serbli, i. e. Servii, Chorontani dicti, qui ad Danubium consederant, à Valachis expulsi; Venientes ad Istulam, nomen Lechorum, à quodam Lecho Polonorum Principe, à quo Poloni etiamnum Lechi vocantur, acceperunt. Alii Lietvani, Masovienses, Pomerani: alii sedentes ad Borysthenem, ubi nunc Kyovia est, Poleni dicebantur: alii drewliani in nemoribus habitantes: alii inter Dvinam & Peti dicti Dregavici: alii Poleutzani ad fluv. Poltæ qui influit Dvinam: Alii circa lacum Ilmen, qui Novogardiam occupaverunt, sibiquè Principem Gortomisset nomine constituerunt: Alii per Desnam & Julam fluvios Severi, seu Seversky appellati: alii verò super fontes Volhæ & Borysthenis Chrivitzi nominati: horum arx ac caput* Smolensko *est.* Hæc annales Ausiorum. De quo quod dicam non habeo, nisi altiorem, tutioremque gentis originem quærere ex eo supervacaneum ducimus, cùm gens illa per tot secula barbara, nullis literis exculta fuerit, neque habuerit ullum ex finitimis qui res suas gestas connotaret.

§. III.
De Russiæ Situ & Topographia.

Russiæ, qui olim fuerint termini, non facilè constat. Annales quidem Russorum habent, quòd præter has Terras, quas modo Russorum Monarchæ tenent, etiam ad Russiam spectârint, *Bulgaria, VValachia, Moldavia, Lietvania, Zamogethia.* Hodierna autem Russia, dividitur in *Rusiam,* quæ paret Serenissimo *Polonorum Regi* & quæ subdita est *Magnis Moscoviæ Principibus.* Jam de *Russiæ Amplitudo.*

De Rusia Ducali.

Sive *Quæ Magno Muscoviæ Duci subjecta &c.*
Huic subsunt sequentes Provinciæ. *Provinciæ Russicæ Moscorum.*

MOSCUA. à Metropoli *Moscua* dicta, provincia soli fertilis. *Moscua.*

WOLODIMERIA. Nomen habet à principali urbe *VVolodimeria,* quæ olim *Rusiæ Metropolis* fuit. Ager hujus Provinciæ *fertilis* habetur, quamvis vastæ magnæ silvæ majorem terræ partem contegant. *Wolodimeria.*

NISINOVOGOROD. Habet nomen à civitate *Novogard,* quæ civitas sat ampla, *lignea* tamen, ubi castrum ex lapide in scopulo, ad Volgæ & Occæ confluentem, *Basilius Magnus* Moscov. Dux ædificavit. Ad utramque Volgæ ripam degunt *Ceremisi,* ferè Mehumetani: qui dividuntur in *Logoros,* à fœnorum struibus sic dictos & *Nagornos,* i. e. montanos. Non procul his habitant *Morduæ* populi à Russis & lingva & moribus diversi, feri militiæquè assveti. *Nisinovogorod. Ceremissi pop. Morduæ pop.*

RHEZAN. Olim *Ducatus*; cæteris omnibus Russiæ provinciis longè præstat fertilitate, *agro tam densè culmos profundente ut* *Rhezan Ducatus.*

equi

equi difficulter transire posſint. Principalis urbs *Rhezan*, ad *Occæ* ripam ſita, cui adjacet Inſula *Strup*. Cætera oppida ſunt: *Corſira*, ad ripam Occæ fl. *Tulla* cum caſtro ad fluv. Tullæ & Oppe ex lapide à Baſilio exſtructo. *Odojow*, *Mſczenek*, *Coluga*, *Vorotinia*, &c.

Siberienſis Provincia. SIBERIENSIS ſeu SEVERIENSIS Provincia, cujus latitudo à Boryſtene fluv. ad dirutum caſtrum *Mſczenek* extenditur, olim *Magnis Lietvaniæ Ducibus* ſubdita. Ager ibi fertiliſſimus. Urbes ſunt: *Novogrodek Sieversky*, *Czernigow*, *Potivolum*, *Novogrod*, *Starodub*.

Smolenſcenſis. SMOLENSCENSIS. Provincia ampliſſima ad ortum habens Moſcuam, ad Eurum Siberiam, ad Africam Lietvaniam, ab Occidente Livoniam. Metropolis *Smolensko*, Civitas inſignis ad Boryſthenis ripam ſita, in cujus ulteriori ripa arcam habet, quam ex una parte fluvius alluit, ex altera profundis foſſis & acutis ſtipitibus munitur; in medio arcis *templum* eſt ſcopulo ſuperſtructum, *Divæ Virgini* ſacrum. Civitas in valle ſita, collibus undique & vaſtis ſilvis cincta. Cætera oppida ſunt: *Oronobus* ad Boryſt. fl. *wieſma*, ad fl. wiezma. *Mozawko*, ubi Princeps Moſcoviæ *venationes* plerumque exercet, *leporum alborum* ferax, quorum magna ibi copia eſt.

Bielskia Principatus. BIELSKIA. Olim *Principatus Ruſſiæ*, ſui juris principem habuit, Magno Duci Lietvaniæ olim ſubditum. Dictus eſt à Civitate *Biela* cum caſtello ad fluv. *Obſeka*, in pervaſtas poſita ſilvas.

Rſchovia Ducatus. RSCHOVIA. *Ducatus* olim ſeparatus. Principalis civitas dicitur *Rscheva*, cum arce lignea ad Volgæ ripam, cætera oppida ſunt: *Uſolocz*, *wielykie Luky*, *Toropyet*, cum arcibus ſuis ligneis.

Twerenſis Ducatus. TVERENSIS *Ducatus*. Provincia magna ſuis ducibus ſubdita à Baſilio primùm occupata. Urbs *Tveria* ad fluv. *Volga* ſita, cum Caſtello ligneo. Civitas hæc *monetam propriam* habet argenteam, quæ valore Moſcoviticæ æquatur. Huc pertinet civitas *Terſak*, cujus olim dimidia pars Novogrodienſi provinciæ, altera Treverienſi Ducatui parebat, quam Joannes, Baſilides occupavit.

Pleſcovienſis Ducatus. PLESCOVIENSIS *Ducatus*, ampliſſimus olim. Anno 1509. à Baſilio ſimul cum urbe *Pleſcovia proditione ſacerdotum* Græcorum occupatus. Urbs *murocincta* eſt, inque quatuor partes diviſa, quarum ſingulæ muro ſunt cinctæ.

Novogardia wielki Ducatus. NOVOGARDIA VIELKI. *Ducatus* à Civitate ejusdem nominis dictus. Urbs ampliſſima, continens in ſe *ſeptuaginta Monaſteria*, craſſis lateritiis muris circumſepta & plurimis rotundis turribus ornata, quæ ferè æneis Tegulis tectæ ſunt; alioquin cæteræ ædes ex trabibus ligneis ſunt compactæ. Ad hanc Provinciam pertinent: *Rus*, oppidulum dirutum modò. *Jvangorod*, *Jamnia*, *Coporogia*. Huic adjacet.

Vodzka Regio. VODZKA Regio, cujus incolæ *proprium ideoma* habent, nonnihil à Ruſſico diverſim; hic animalia aliunde invecta, *colorem album* induêre, ſuumque mutare perhibentur.

Duina Regio. DUINA Provincia, ad fluv. *Duinam*, ſterilis omnino eſt. Incolæ ex *ſolis piſcibus* & *ſale* ſe ſuſtentant, pagis longè à ſe invicem diſtantibus.

VOLO-

VOLOGDA Provincia *Paludosa* & *Silvestris*, ab urbe *Vologda* sic dicta, quæ arcem habet munitissimam ad fl. Vologdam. Incolæ *ignari usûs panis*, Ferinis carnibus ut plurimùm victitant, abundant *pellibus vulpinis nigris & cinericei coloris*. *Vologda prov.*

USTIUGA, ubi Civitas *Ustiug*, cujus incolæ *proprio idiomate* utentes, Piscibus & Ferinâ victant. *Ustiuga prov.*

BIELEJEZORA. *Ducatus*, à civitate ad lacum ejusdem nominis arce munita dictus. Regio planè palustris & silvosa. Ad Lacum hunc *Bielejezoro* alius jacet *lacus*, *sulphur* copiosè proferens, quod fluvius quidam, ex illo emergens, velut *Spumam* supernatantem devehit. *Bielejezora, Ducatus.*

JAROSLAW. *Ducatus*, olim secundò genitis Magnorum Russiæ Ducum attribuebatur. Principalis ejus urbs *Jaroslaw*. *Jaroslaw Ducatus.*

RHOSTOWIA *Ducatus*, ab urbe præcipua *Rhostow*, sic appellatus; ad quem spectat *Uglicz*, *Chlopigrod*, *Pereaslow*. *Rhostowia Ducatus.*

SUSDALIENSIS *Ducatus* à Metropoli *Susdali* nomen accipit. Huc pertinent *Costromowgorod*, *Galicz*, &c. *Susdaliensis Ducatus.*

VIADKA. Regio à fluv. *Viatko* appellata. Urbs ejusdem nominis. Huc spectant *Chilinow*, *Orlo*, *Sloboda*, *Cotelnicz*. Olim tartaris parebat hæc regio, à Basilio ipsis erepta. *Viadka Reg.*

PERMIA. Regio â Civitate ejusdem nominis ad fluv. *Vischora*, sic dicta. *Idioma* habet *peculiare*, literasque à Ruthenicis habet diversas, à Stephano Episcopo inter Sanctos à Russis relato, qui hosce ad fidem Christianam convertit, inventas. Ligneis soleis, quas *Nartas* vocant, duos tresve cubitos longis utuntur, quibus tanta celeritate, baculo oblongo atque accuminato suffulti se provehunt, ut nullus equus quamvis agilior eos cursu consequi possit. *Permia.* *Ligneæ soleæ, nartæ.*

SIBIER Provincia ad *Camam* fl. jacet, regio palustris & silvestris. Indigenæ proprio idiomate utuntur. *Sibier prov.*

JUGRA seu JUHRA. Ex hac Provincia *Hungaros* ob sterilitatem emigrasse & ad Mœotidis Paludes consedisse, inde Pannonias ingressos, à suo nomine *Juhariam* dixisse, quæ modo *Hungaria* audit, quidam volunt. Indigenas hujus regionis planè eodem cum Hungaris idiomate uti ferunt. *Jugra seu Juhra.* *Lingva Hungarica in Moscovia.*

PECZORA Regio secundùm *Mare Glaciale* se extendit versùs Arctum & Orientem, à fluv. *Peczora* sic dicta, ad cujus fl. ripam jacent montes *Zemnoipojas* dicti, i. e. *Cingulum Terræ*. Hos montes putant aliqui esse *Riphæos*, veteribus celeberrimos. Oppida sunt: *Busteoziero*, *Ustzilna*. *Peczora Regio* *Montes Zemnoipoji.*

OBDORIA Regio ab *Obbio* fl. nomen sortita, supra fidem piscoso. Accolunt Obbio *Vogulici* & *Hugriczchi*, *Calani* populi in campestribus. *Obdoria.* *Vogulicii pop.* *Hugriczchi populi.* *Calani pop.*

CANDORA, Regio Obdoriæ finitima est, villis, pagis & urbibus frequens. Indigenæ proprio idiomate & modo vivendi utuntur. *Candora Regio.*

LUCOMORIA Regio, longo tractu juxta Mare septentrionale protenditur. Huic Regioni confines sunt *Grustinzi* & *Serponowsci*, à Castro *Grustina* sic dicti. Incolæ Magno Duci sunt vectigales, homines nigri. *Lucomoria Reg.*

LOPPIA Regio; cujus incolæ, barbarum hominum genus piscibus & Ferinâ sese sustentant. *Loppia Reg.*

Regnum Casan. *Cazan Regnum* à Basilio Tartaris ereptum, finitimum Tartaris Sczibansciis & Cosakis.

Astracan. Insula. ASTRACAN Regio, Insula & Urbs ampla ad citeriorem Volgæ ripam sita. Insula quidem nullis arboribus, imò nec gramine vestita, unde incolæ magna ex parte vivunt piscibus, quos ad solem & ventum siccant, inde graveolentia aëris, & incredibilis Muscarum copia.

§. IV.

De Russia Regali, seu, quæ Magno Poloniarum Regi paret.

HÆc duplex est. Alia quæ dicitur *Rubra*; & hæc Regno Polon. speciali jure incorporata est, de hac in §. præsenti. *Alba* alia, & hæc ad Magn. Ducatum Lietvaniæ spectat, & de hac in §. sequenti. Illius Provinciæ sunt. I. *Palatinatus Russiæ*, in quatuor partitus districtus: *Leopoliensem*, *Præmisliensem*, *Sanocensem*, & *Haliciensem*. In *Leopoliensi* *Leopolis*, primaria civitas est, à *Leone* Russorum Principe condita, sede *Archiepiscopali Catholico*, *Metropolitanis Russico* & *Armenico*, Collegio *Soc. Jesu*, *nundinisq;* pro festo S. Agnetis celeberrimis clara. Præter hanc sunt: *Gliniani*, *Zloczow*, *Zborow*, *Grodec*, *Komarna*, *Zolkuja*, *Javorovia*. In *Præmisliensi* est 1. Urbs *Præmislia*, arce in scopulo sita, *Episcopalibus sedibus*, Catholica, & Russica, *Canonicorum* capitulo, *Collegio Soc. Jesu* diversisque *Religiosorum* Ordinibus condecorata. Celebriora præter hanc civitatem sunt Oppida sequentia: *Samboria*, *Fulstinia*, *Dobromilia*, *Visnia*, *Zidaczovia*, *Mosciska*, *Dubiecia*, *Canczuga*, *Prævorscia*, *Lancutum*. Item *Jaroslavia*, nundinis pro festo Assumptionis B. Mariæ Virg. & *Resovia* nundinis pro Festo S. Alberti clarissima. In Sanocensi sunt *Sanocum*, *Brozovia*, *Rimanovia*, *Dinovia*, *Lesko*. In *Haliciensi* cujus pars Australior *Pocutia* appellatur; sunt *Halicz*, Regni olim Russici caput. It. *Sniatyn*, Pocutiæ primaria urbs, Valachorum emporio clara. Item: *Martinocia*, *Dolina*, *Stry*, *Potoc*, *Monasterzisca*, *Uscie*, *Dobrovoda*, *Buczacz*, *Podhaicie*, *Zavalovia*, *Brezanum*.

Russiæ Rubræ Provinciæ.
1. Palat. Russiæ ad quem spectant Terræ,
1. Leopoliensis.
2. Præmisliensis.
3. Sanocensis.
4. Haliciensis.

2. Palat. Braslaviens. cum districtibus. Vinnicensi & Zitomiriensi. II. *Pal. Breslaviensis*, habet duos districtus: *Vinnicensem*, & *Zitomiriensem*, Civitates huc spectant: *Braslaw*, *Vinnicza*, *Zitomiria*, *Morachua*, *Jarosovia*, *Sarogrodum*, *Felstinum*, *Chmielnicum*, &c.

3. Pal. Belzensis. 3. *Palat. Belzensis.* Habet quatuor territoria: *Belzense*, *Buscense*, *Grodlense* & *Grabovecense*, ab oppidis territoriorum capitibus sic dicta.

4 Terr. Chelmensis. 4. Terra *Chelmensis*, in duo territoria divisa, scil. in *Chelmense* & *Crasnostaviense*. Oppida præcipua sunt: *Chelma*, duos Episcopos, habens, unum Catholicum, cujus Cathedra Crasnostaviam translata est, & alterum Russum. Tùm *Rozana*, *Ulodavia*, *Crasnostavia*, *Zamoscium* urbs munitissima, Templo *Canonicorum*, cujus *Decanus infulatus* est, Academiâq; insignis. Ad hanc quoque spectant: *Scebresinum*, *Tomasovia*, *Cresovia*, *Vichanie*, ubi ab Illustrissimo olim *Nicolao Danielovicz* templum magnificentissimè exstructum superbit.

5. Pal. Podoliæ. 5. *Palat. Podoliæ.* Regio Amplissima; omnium rerum ex terra nascentium fertilissima, adeo ut Colonus, quamvis quomodocunq; in agrum semen injecerit, centuplum fructum referre dicatur. Prata quoque mi-

rum in modum luxuriantia habet, adeò ut bovis cornua vix è gramine appareant. Terra tamen dura & petrosa nimis, adeo ut bissenos boves araturi aratro jungere cogantur. In tria territoria dividitur: in *Camienecense*, *Frembulíense*, & *Laticzoviense*. Primaria urbs est, *Camenecia*, sedibus Episcop. olim, alterâ Catholicâ, alterâ Armenâ, clara. Civitas, divinâ ferè manu inter arduas clivosasq; rupes supercondita. Portas solummodò duas habet. Arx quoque natura & opportunitate loci, rupe petrosa, undique cincta, quam unà cum civitate, fluvius Smotricz præterlabitur, fossâque profundissimâ naturali cingitur. Arx muro propugnaculis munita. Civitatem verò rupes altissima, Saxosa, accessuque ardua, inexpugnabilem facit, quam ita ambitu suo claudit, ut ædium, quamvis eminentiorum minimè appareant. Modò in manibus Tyranni Turcici. Cætera sunt, Oppida. *Bar*, *Miedzibaz*, *Trembouls*, *Laticzovia*, *Husiatyn*, *Czartkovia*, *Janovia*, *Zincovia*, *Grodecia*, *Jasloviecia*, *Satanovia*, *Tarnopolia*, *Kitaigrodum*, *Duneigrod*, quorum plurima contra Scytharum infestationes non malè munita sunt.

Ad hanc Russiam referri solent: 6. *Palat. Kyoviæ* latè satis extensus tam versus Euxinum Mare, in meridiem, quam versus occidentem & septentrionem & Lietvaniæ & Albæ Russiæ confinia. In hoc Palatin. sunt: *Kyovia*, sedes olim Ducum suorum, nunc Archiepiscopi Russici, *Cryptis*, quæ per aliquot decumas milliarium in Moscoviam extendi creduntur, famosa, jam sub Magno Duce Moscoviæ. Præterea sunt, *Kanovia*, *Circassia*, ubi populi *Circassi*, *Bohuslavia*, *Pereslav*, *Bialocerquium*, *Stepanow*, *Fastovia*, &c. *6. Pal. Kyoviæ.*

7. *Palat. Volyniæ*, qui in duos dividitur districtus, *Cremenecensem* & *Luceoriensem*. Hic sunt: *Luceoria* Sedes Episcopi Luceor, *Volodimiria*, *Sokal*, *Rubesow*, *Czartoriscum*, *Olescum*, *Crilow*, *Brodi*, *Olika*, *Cremenecia*, *Viesniovecia*, *Zaslavia*, *Constantinovia*, *Basilea*, *Dubna*, *Ostrog*, *ZBaras*, *Miedireczum*. *7. Pal. Volyniæ*

§. V.

De Russia Alba, quæ ad Magnum Ducatum Liethvaniæ pertinet, sive, Quæ nomine Lietvaniæ venit ut & de Zamogethia.

Liethvania olim Russiæ nobilissima pars & populus Liethvanicus, antiquitus *Russicus* vocatus: certè sub imperio Russico fuit. [u] Primus Liethvanorum, qui se Russis subduxit, celebratus *Vitenes*, qui se *Ducem Lietvaniæ* constituens, astu Principes Russiæ aggressus, ita Russos attrivit, ut jugo Principibus Russicis injecto, tributa quædam eos pendere coegerit. Et hoc ita esse, scil. Lietvaniam olim ad Russiam spectasse patet ex eo, quòd adhuc per totam Lietvaniam, Samogethiamque Russicâ, non modernâ Lietvanicâ vel Polonicâ linguâ decreta scribantur & promulgentur. Accedit, quòd & *Ordo Ecclesiasticus* per totam Lietvaniam non proprium habet, sed *Russicum Archiepiscopum.* Sic Archiepiscopum Russiæ, qui *Leopoli* residet, suum agnoscit *Episcopus Vilnensis*, *Zamogetiensis*, *Kyoviensis*, *Luceoriensis* & *Janiowensis*. *Lietvanorum Nomen* apud Authores variat. Plerique scribunt *Litthvani* & *Litvani*. Simon Grunow, & alii *Litphani* & *Lütfani*. Aliis placet *Lietvani*, *In Prussia dicuntur* Lietuninkai, quæ scriptio & denominatio mihi omni-

Lietvania ad Russiam spectavit. *Russica lingva in Lietvania.* *Archiepiscopus Lietvaniæ & Archiepiscopus Russiæ.* *Lietvanorum Nomen variat*

u Mechov. l. 2. c. 2. w Id. c. 1.

hi omnino probanda videtur, cùm & ipsi Lietvani ita se nominent, & in communi usu nomen hoc eloquantur. Unde origo vocis? non facilè dixerim. Ex lingva Lietvanica deducendam esse omnino censeo, quia quælibet se natio suæ propriæ lingvæ nomine appellat. Et videtur mihi non rejicienda derivatio vocis hujus à voce *Lieta*, quod *fusum*, *rectum* & *procerum* significat. Hinc *Lieturve*, *officina* est *fusoria*; *Lietuninks*, qui quasi *fusus*, *longus*, seu *Procerus*, *erectus* est. Et certè longè plures in Lietvania invenies procerioris staturæ, si cum Germanis, Teutonibus vel Italis eos compares. Denotat quoque rectum, & simplicem. Sed quod ob simplicitatem, nomen acceperit hæc gens, non mihi probatur; cùm ista gens non secus ac Pruteni aliquâ præ cæteris nationibus prudentiâ excellere, sibi visi sint. *Novum* tamen *nomen* esse videtur, quia ante Annum post Christum natum MCC. ferè incognitum, & ipsa gens contempta esse videtur, Prussorum, Russorumque vicinorum per multa secula pressa jugo, quamvis ipsa vox apud ipsosmet vel vicinos in usu esse potuerit.

Unde Nomen Lietvani?

Nomen Lietvanorum Novum.

Sunt autem amplissimæ in hoc Magno Ducatu Provinciæ, quarum quædam nomen Russiæ Albæ sibi vendicant; quædam speciali Lietvaniæ gaudent nomine. Ad Russiam Albam spectant. 1. *Palat. Novogrodensis* in duos districtus, scil. *Novogrodensem*, & *Slonimensem* divisus. Uterque teste Starovolscio oppida benè populata habet, Præcipua sunt: *Novogrodkum*, *Slonim*, *Rozana*, *Selecia*, *Myza*, *Lachovicia*, *Nesvicia*, Duc. Radziæ illium sedes, *Myrh*, *Slucko*, urbs & Palatium Duc. Radzivil. 2. *Palat. Moczislaviensis.* Urbes sunt *Mscislavia*, *Modziria*, *Cleckum*, *Ouruckum*, *Homilia*, &c.

Russiæ Albæ Palatinatus.

1. Novogrodensis.

2. Moczislaviensis.

3. Palat. *Vitepsk.* Duos habet districtus: *Vitepscensem* & *Braslaviensem.* Oppida sunt *Vitebsce*, *Braslavia*, *Mohilow.*

3. Vitepscensis.

4. *Pal. Minscensis.* Ad quem spectat *Borisoviense* Territorium. Celebriora sunt loca: *Minscum*, *Borisow*, *Toloczinum*, *Smolniany*, *Coidanovia*, *Turkam.*

4. Minscensis.

5. *Pal. Polocensis.* Urbes sunt *Poloteum*, *Usviatim*, *Starzicia*, *Velisia*, *Sclovia*, *Bychow*, &c.

5. Plocensis.

Ad M. Ducatum *Lietvaniæ propriè sic dictæ* pertinent sequentes Palatinatus. 1. *Palat. Vilnensis*, ad quem spectant Terræ *Lidensis* & *Osmianensis*. Urbes & Oppida sunt *Vilna* Metropolis Lietvaniæ *Rudnikum*, *Lida*, *Osmiana*, *Birze*, Ducatus Duc. Radzivil.

M. Duc. Lietvaniæ. Palatinatus. 1. Vilnensis.

2. *Palat. Trocensis*, cui subest Ducatus *Snodnensis*, & Terra *Volcoviscensis*. Urbes sunt. *Trocen*, *Grodno*, *Voleovisc*, *Koina.*

2. Throcensis.

3. *Palat. Brestensis.* Ad hunc spectant, *Brestia*, *Pinsko*, *Pripetus*, *Camenecia*, *Cobrinia*, *Janovia*, *Biela*, *Voinia*, *Vlodawa*, &c.

3. Pal. Breslensis.

4. *Ducatus Zamogethiæ.* Regio fertilissima, cujus Supremus Præfectus dicitur *Capitaneus*, *Senator Regni.* Omnia ferè oppida lignea. *Mednik*, *Krazin*, *Kratingen*, *Swekczten.* Sedes Illustr. Com. à Donhoff. Distinctus olim fuit hic Ducatus in octo Provincias: scilicet. *Iragola*, *Mednik*, *Chroze*, *Roszena*, *Vidulki*, *VVieluna*, *Kolthini*, *Getra.*

4. Ducatus Zamogetiæ.

Ejus octo Provinciæ.

Nomen hujus Ducatûs apud Authores variat: Audit Samogethia, aliis Zamogethia, item Zamogitia, ipsi Zamogethæ se vocant Zamaiczus, & Terram Zamodzka Zemia. Poloni Zmudzka Ziemia, Germani, Zamaiten, & Samaiten. Unde Nomen? dissentiunt quoque Authores. Ex lingva Zamogethica videtur benè posse derivari scilicet à Ziama i. e. Terra, & Gethai & Gothi, quasi inferiores & Terre-

Nomen Zamogetharum unde?

Terrestres Gothi. Habuit suos olim proprios Principes. De quibus in §. seq. Seculo demum XV. tempore Vladislai Jagellonis ad fidem Catholicam incolæ sunt conversi. *Conversio Zamogetharum, ad fidem Catholicam.*

§. VI.

De Principibus Russorum.

DIstinximus Russiam in eam, quæ Regno Poloniæ adhæret, & eam, quæ Moscovitico Duci, quem *Czar* vocant, paret; quare & distinctim agendum hîc de Principibus Russiæ utriusque; sed imprimis hoc §. de Principibus Russorum Moscoviticorum. Qui primò Russis his imperârint, incertum omninò est, Russis barbariei deditis, omni cultura politieque destitutis. Non tamen putamus hos populos à *Moscis*, qui ultra Mare Caspium, *Colchis* finitimi sunt, quorum meminit *Strabo* & quos *Plutarchus* à *Cnejo Pompejo* subjugatos, scribit, vel eorum principibus rectos fuisse, cùm tota Historicorum turba hac de re sileat. *Russi an à Moscis ad Mare Caspium venerint?* Annales Russorum, teste Herbersteinio c. l. referunt *Coseros* à Russis, tributi nomine, *aspreolorum pelliculas* de singulis ædibus exegisse. *Coseri Russorum.* *Russorum tributa.* Quinam autem isti Coseri fuerint, vel unde venerint, non determinatur. Post *Coseros* fuisse *VVaieros*. Hi Wareii, unde venerint, & qui fuerint, æquè silent annales citati. *Wareji Russorum.* Hoc autem notatu dignum Mare Balthicum Russis, *Mare warejum*, (Lingva Russica *wareczkoje More*) præsertim illud, quod Prussiam, Livoniam, Pomeraniam, Meclenburbum alluit. *Mare Balthicum dicitur Mare warejum.* Exinde Herbersteinius non vanè conjecturat, Russos olim *Principes* suos vel ex *Prusia*, vel *Svecia* aut *Dania* accepisse. *Unde Russorum Principes?* Accedit, quòd in confiniis Danici Regni ditio quædam *Vagria* dicta sit, quæ olim Vandalorum, (Slavicæ gentis) putatur fuisse civitas & Provincia, ex hac conjectant alii, cùm vocum appareat similitudo, Russos, suos Principes evocâsse. *Wagria Vandaliæ.* Mea, quæ de hac re sit sententia, pace doctiorum, (quibus, meliora certioraque suggerentibus, lubens cedam,) hisce expono: Scilicet Russos hos à *Vicinis populis*, suos Principes accepisse. *Auctoris sententia de Russorum Principibus.* Non quidem ex *Dania* vel *Svecia*: quia *Lingvæ, morum rituumquè* diversitas, *intercapedoquè* loci id dissvadet; sed à vicinioribus populis vocâsse. *Russorum Principes non fuerunt Dani aut Sveci.* Puto *Prusia*, ejusque connexis Provinciis, quæ simul conjuncta imperium sat amplum constituerunt, quod olim audiit *Kriveanum*, à *Krywe*, supremo illorum Præside. *Sed Prussi. Imper. Kryveanum.* Connexæ à Prussico Imperio Provinciæ fuerunt, *Masovia, Pomerania* & ille tractus Terræ, qui à Pomerania ad Wagriam usque se extendit. Item *Cassubia, Livonia, Magnus Ducatus Lietvaniæ Rusia* utraque. Probabile id mihi ex eo videtur, quod illis temporibus, quæ annales Russorum adscribunt Coseris & Warejis scilicet seculo VIII. & IX. Nulla natio vicina tam potens fuerit quàm Prussorum. *Potentia olim Prussorum & Polonorum.* *Poloni*, quamvis tum temporis aliquam habuerint potentiam, longè tamen illis seculis Prussorum natio potentior fuit, ut quæ cracoviam usque sæpiùs Poloniam vastaverat; imò loca plurima Polonis ademerat. De quo Herburtus [x] quamvis postea temporibus *Zemo-*

[x] lib. 1. Hist. Pol. Cromer. & alii.

viti ac ſub Principibus Martialibus, nonnulla Poloni recuperârint; varioque Marte (Pruſſis inter ſe diſſentientibus) bella geſſerint: tanta tamen Pruſſiæ remanſit potentia ſequentibus ſeculis, ut Principes Poloni neceſſe habuerint *Milites Ordines Enſiferorum Livonicorum*, mox *milites ordinis Teutonici* evocare, ad propulſandos Pruſſorum incurſus. Et, quod notandum, adhuc *Seculo XIII.* Imperium Pruſſicum, ſub *Kryveanis* Præſidibus ſub ſe habuit Pruſſiam totam, Livoniæ maximam partem & Maſoviæ, Magnum Ducatum Lietvaniæ, Caſſubiam & partem Pomeraniæ, de quo videatur *Petrus* à Dysburus[y] *Hæmeiſter* Chron. p. 46. *VVijuk Kojolowicz*[z] Imò ita debellarunt eo tempore Polonos Principes, ut potentiſſimus Dux Maſoviæ, Tributum pro libitu Pruſſis dare debuerit, & hæc fuit Cauſa, quare Ordo Teutonicus contra Pruſſos evocatus fuerit. 2. Quia Ruſſorum, Pruſſorum, Lietvanorum, præſertim *Veterum una lingva*, *iidem ritus*, *una religio*, *idem modus belligerandi* fuit, uti alibi patebit. 3. Quia, teſte *Elzevirio* c. 8. in Moſcov. Princeps olim Ruſſorum familia fuit *familia Bala*, ex quo *Flechterus* in Moſcovia ſua, conjicere quidem vult, originem Ruſſorum ex *Hungaria* eſſe; ſed debili nimis conjecturâ, nulloque fundamento. Puto meliùs familiam *Balorum* iſtam ex Inſula Pruſſiæ *Abala*, quæ deinde *Balthia*, unde Mare *Balthicum* audit, dictum de quo videatur lib. 1. Orb. Goth. c. 6. §. 5. p. 72. ſeq. Ad hoc mare Principes quosdam reſediſſe certum eſt, ex Chronicis Pruſſicis, Pomeranis, Meclenburgicis; inter quos aliqua familia Gothica *Balorum* ſeu *Balthorum* fuit; quorum progenies, cum familiæ *Amalæ* Sobole, Romanum Imperium infeſtârunt, *Italiam Galliamquè* & *Hiſpanias* occupârunt & debellârunt; quæ *Balthorum* familia procul dubio ad Mare Balthicum degit, à quo vel potiùs ejus incolis Mare iſtud, nomen Balthici maris accepit. 4. Ipſæ voces *Coſeri* & *Vareji*, quæ meræ Pruſſiæ voces ſunt, idem indicant. Eæ enim ex lingva Gotho-Pruſſica, quæ in iſtis oris imperium tenuit, *Coſerus* denotat *Exactorem* ſive *qui exigit tributa*, quo ſenſu adhuc in Nadravia & Zalavonia & vocantur ii, qui importivè tributa exigunt voce deducta à *Koſiu*, pro quo Nadravi hodierni dicunt *Kaisiu* i. e. *exhaurio*, *eximo*: vel ex *Kośiu* i. e. *impleo*; ſcilicet quòd hi exactores ſacculos impleant. *Vareji* dicti ſunt illi, in quorum manibus executorialis poteſtas fuit: ſive, qui ad ſolvenda tributa, debitores *executivè adigebant*. Varejis hodiedum dicitur *compulſos*. Unde & *Veruli* dicuntur, qui *ad ſervitia compelluntur*. 5. Denique cùm Lietvania Ruſſia ſit dicta, atque ad Pruſſicum ſpectaverit imperium, ſequitur, (ſi argumenta ſuperiùs allegata hiſce adjungas) quòd ex nulla alia Provincia quàm ex Pruſſia Varejos Lietvani Ruſſique acceperint. Cæterum Ruſſorum annales tres Principes nobis referunt, qui Imperium Ruſſiacum adminiſtrârunt. Primus fuit RURIK. Hic conſilio alicujus *Gotho-miſſel.* Principis in Novogardia civis, denotat hæc vox in lingva Gothica *Catum* & *prudentem in reſfamilias*) Principatum Novogardiæ obtinuit ſedemque ſuam fixit in *Ledoga*. Alter fuit SINAUS, qui ad *Album Lacum* conſe-

Ruſſorum & Pruſſorum una lingva religio &c.

Famil. Balorum.

Fam. Amalorum.

Coſeri & Vareji Voc. quid ſignificent?

Lietvania olim Ruſſia dicta.

Principes Ruſſorum.

Rurik, Pr. R.

Sinaus Pr. Ruſſ.

y Part. 3. Chron. c. 5. pm. 79. z lib. 1. Hiſt. Lietvan.

consedit. Tertius TRUVOR, in Plescoviensi ditione, in oppido *Szwarczek*. Posterioribus his sine Prole decedentibus, successit *Igor* Juvenis, cujus uxor *Olha* ex Plescovia fuit; hic arma sub Campiductore *Olech* propinquo suo in *Græciam* usque transferens; *Constantinopolim* obsedit, & *Heracleam*, *Nicomediamq;* pervenisse dicitur. Hic Olech post fata Igoris, tandem superatus aufugit, & à *Malditto*, *Drewlianorum* Principe interfectus est, cujus necem Olha vindicans, Drewlianos debellavit, rexitque imperium, usque dum adolevit successor, Parentis filius. Truvor. Pr. Russ. Igor, P. R. Olech Russ. militiæ Dux. Ejus obitus. Malditus. Drewliani debellati.

SVENTOSLAUS aliis *Svestoslaus*, qui *Bulgaros* superâsse & ad Danubium progressus sedem suam in *Pereaslavia* posuisse dicitur. reliquit tres filios, quorum primus erat. Sventoslaus, R. P.

IAROPELCHUS, Princeps Kyoviæ, 2dus *Olega*, Drewlianorum Princeps. 3tius *Volodomirus* Dux Nowgardiæ, qui duobus prioribus dissidentibus, seque invicem conficientibus successit. Jaropolchus R. P.

VOLODOMIRUS, totius Russiæ Monarch. Hic *Baptizatus*, *Basilii* Nomen obtinuit, ducta Imperatoris Constantinopolitani filia in uxorem. Uxores plures habuit. Ex *Rochmilda* Constantinopolitana, suscepit *Isoslaum*, *Jaroslaum*, *Servoldum*, & duas filias: Ex *Græca*, *Sventopolcum*: ex Bohema, *Saslaum*: ex alia Bohema, *Svatislaum Stanislaum*: ex Bulgara, *Boris* & *Chleb*. His inter se dissidentibus obtinuit Principatum ad tempus. Volodomericus R. P. Conversio Russorum ad fid. Græc. Christ.

SVENTOPELENS, Kyoviæ Dominus, qui oppressis *Boris* & *Chleb*, fratribus, in omnium incurrit odium, dejectus & fit Russiæ Dominus.

WOLODOMIRUS II. Servoldi filius. Anno 976 Hic *Lietvaniam* sibi subjecit [a] ducta *Anna Basilii* Constantinopol. filia: *Religionem Christianam*, secundùm fidem & Ceremonias *Græcæ Ecclesiæ* in Russiam introduxit Anno 989. quam adhuc tenaciter incolæ retinent. Obiit Anno 1005. *Duodecim* reliquit *filios*, & cum iis *in totidem Ducatus partitam Russiam*. Præcipuis tamen manentibus in Æstimatione, scilicet *Novogrodensi*, *Rostowiensi*, & *Volodomiriensi*, quæ divisio duravit usque ad annum 1033. quo IAROSLAUS solus superstes, universam rexit Russiam. Anno 1052. iterum divisa Russia *in 5 partes*, in *Smolenscum*, *Vladimiriam*, *Kyoviam Gerniedoviam* & *Pereaslawiam*. Ab hoc tempore Russia in varias partes dilacerata fuit, remanentibus tamen prærogativis *Kyoviæ* & *Vlodimiria*; quibus, qui potiebantur illi Monarchæ Russorum habebantur, quorum postremi dicti sunt deinde *Susdalienses* Principes, quia Regiam sedem *Vlodimiriensem* in *Susdal* transtulerunt. Wolodomirus. II. Russia in 12. partes divisa. Jaroslaus R. Monarcha. Russia variè divisa.

Anno 1224. *Tattari*, Duce *Batti*, universam Russorum Monarchiam sibi subjugârunt, quæ Tattarica servitus duravit usque ad Annum Christi 1500. sub BASILIO Russorum M. Duce exspiravit. Interea temporis *Poloni* 1300. turbidis his Russorum rebus sibi deesse nolentes, captâ *Kyoviâ*, magnam Russiæ partem devastârunt, qui simul cum Lietvanis Russiam tam arctè tenuerunt, ut ad Antiquam aspirare poten- Tattari subjugant Russiam. Poloni occupant partem Russiæ.

[a] wij. Kojal. l. 2. pm. 36.

potentiam Russi non silverint; contenti Russia Alba, quæ Anno 1325. *Moscovia* appellata est, quia GEORGIUS Maj. Dux. Russorum sedem imperii, ex urbe Vlodimiria in urbem *Moscoviam* transtulit. Ex hujus Georgii Posteris fuit BASILIUS M. Knás seu Dux Moscoviæ, cujus filius IOANNES Russiacum Imperium ad tantam magnitudinem evexit. *Novogardiam* Anno 1477. expugnavit. Cujus filius *Basilius* à *Tattarorum* Principe victus & Anno 1518. *Tributarius* factus, nihilominùs tamen ampliavit imperium suum. Glaciali Oceano vicinas provincias, *Betsogam, Papinam, Samogediam, Ugrojam, Obdoram*, & *Candoram* subjecit, imperiumque suum ad fluv. *Obium* & *Novam Zemlam* extendit, quibus adjunxit *Smolensko* & *Pleskow*, seque primus Czar i. e. Regem appellavit. Hujus filius JOANNES III. acquisivit duo Regna Tattarica, *Cazan* & *Astraian*, ac imperium Moscoviticum, usque ad Mare *Caspium* & *fines Persicos* protulit. Ei successit Anno 1584. THEODOR, seu *Fedor* Ivanowicz, ingenio vecors, qui socium Imperii fecit *Borisium Fedrovicium*. Theodoro sine prole Anno 1605. decedente, miris jactata fuit Russia tempestatibus, hac occasione: Fuit Joanni Basilidi, filius alter, *Demetrius* nomine, quem Pater, nescio, qua de causa percussum scipione interemerat, sive, ut alii inquiunt, à se relegaverat. Theodoro mortuo, juvenis quidam, Origine Russus, quem *Gregorium Strepzium* alii, *Griscam Utrepajam* alii nominant, ita hanc tragædiam lusit, præceptis imperii ita formatus, ut totam Russiam miserè deceperit. Hæredem Russiæ se jactavit, *Borisium* verò invasorem Regni. Faventibus illi Rege Regnoque Poloniæ, factus est Russorum Monarcha, nullo ex iis mali quicquam suspicante. Cùm verò post aliquot menses, Dux ille Demetrius nationi suæ præferret Polonos, inque Religione negligentior esset, neque Somno circa Meridiem, more Russorum indulgeret, conspirârunt Proceres, & ex improviso adorti, Polonos simul cumque suo Duce, verusne ille demetrius an falsus fuerit? *miserè trucidârunt*. Quo interfecto elegerunt Anno 1606. *Basilium Ibanowicz Zuci*. Mox in Occidentalibus Provinciis crebescere fama cæpit, *miraculo Demetrium elapsum*, in *Polonia* auxilii quærendi ergo versari. Hanc tragædiam lusisse dicitur, quidam nomine *Joannes*, Ludimagister oppidi *Segotiæ*, qui assumpto nomine demetrii, *Cosacorum* aliquot millia sibi adscivit, quorum auxilio plurima Rusfiæ loca occupavit. Contra hunc *Tertius* quidam *Demetrius* emersit in *Septentrionali Rusfia*, qui ibidem pro Magno Duce acceptus est. Hic inter se disceptantibus, Rusfi pertæsi motuum istorum, sibique ulteriùs illudi nolentes, externum quæsiverunt Principem, sed divisis studiis. Pars elegit *Vladislaum* filium Sigismundi III. Pars *Carolum Philippum, Gustavi Adolphi* fratrem. Poloni arce Moscoviæ potiti, cùm Russorum animos deficere sentirent, urbem *Moscoviam* funditus Anno 1612. *incendio & ferro everterunt*, atque eo tempore inæstimabiles Rusfiæ Principum thesauri, ab antiquo congesti, perierunt. *Sveci* quoque, Polonos ex Moscovia repellentes, pro libitu omnia agere cæperunt. Inde Rusfi videnter sese nonnisi prædum

Russia Moscovia appellata.

Basilius M. D. Moscoviæ.
Joannes Russ. Monarcha.

Joannes III. Mosc. M D. acquirit duo Regna Casam & Astracan.
Theodor seu Fedor Russ.

Demetrius fit Russor. M. D.

Basilius Ibanowicz Zuci.
Demetrius II.

Demetrius III

Vladislaus Pr. Pol. eligitur in Mag. Duc. Russiæ.
Carolus Princ. Sveciæ eligitur in Magn. Duc. Sveciæ.
Rejiciuntur Poloni & Sveci.

prædam & ludibrium esse exterorum, svasore, Auctore & Administro *Lanio quodam*, ex propria gente Imperatorem elegerunt, scilicet, *Michaelem Fedrowicz*, cui se opposuit quidem *Demetrius IV.* Pseudo-Demetrii viduæ, quæ *Ivano Martinovicio*, *Carusci*, Cosacorum *Duci* nupserat, filius: quo suppresso, Imperiùm Russiacum magnâ prudentiâ rexit, ac felicitate, illâ excepta clade, quam a Polonis ad *Smolenscum* accepit. Huic successit *Alexius Michalowicz*, cujus *Ambo filii* post fatum Parentis Imperio Russiaco præsunt.

Michael Fedrowicz, M. D. R.

Demetrius IV.

Clades Russ. ad Smolenscum.

Alexius Michalowicz M. D. R.

§. VII.

De Principibus Lietvanicis.

QUis primus fuerit Princeps Lietvanorum, ex ipsorummet Annalibus non constat, cùm literis inculta gens tot seculis manserit, neque qui res illorum gestas assignaret habuerit. Hoc tamen certum videtur, ex gentis hujus scriptoribus, unum illam habuisse cum Prussis Principem, quem *VVeidewuitum* dicebant. Quis ille Weidewuitus fuerit inter se Authores non conveniunt. Prussici Scriptores, ut sunt *Simon Grunow*, *Caspary Henneberges*, & *VVeisselius*, Weidewuitum faciunt *Cimbrorum Regem*. Alii, ut *Hœmeisters* Chronica, ex *Scandinavia* vel *Scanzia* deducunt, *Gothumquè* asserunt. Wijuk kojol.[b] facit illum *Alanum* sive *Lietvanum*, cui & veteres quidam assentiunt. Videatur *Erasmus Stella*[c] Matth. *Strycowsky Ossostavicius.*[d] *Hartknochius* putat, nunquam exstitisse Weidewuitum, totamque *historiam VVeidewuiticam* anilibus addicit fabulis, quare & illud rejicit, quòd uno ore Chronici Prussorum referunt, de *duodecim VVeidewiti filiis*, quorum nomina inferiùs recensebuntur. Mea quæ sit de Weidewuito sententia, est hæc: *Vocem VVeidewuiti* esse merè Slavonicam seu Sarmaticam, ejusque derivationem vel à *VVeida* Prusso-Gothico, (Poloni *wiadomośc*) i. e. *scientia* & *wolis*, i. e. *Præfectus*, quasi fuerit *Præfectus scientiarum*, descendere: vel quod magis mihi arridet, à *weida* quod *lites* significat, & *witis præfectus*, quasi fuerit ille, qui *lites dirimit*, quo sensu & *judices* vocantur. Imò videtur mihi fere ab hac voce illud *VVojewode* Polonicum, (denotat hæc vox *Palatinum*, *Senatorem Regni*) à *VVeide waito contractum* descendere. Ex quo patet nomen hoc fuisse *officii* non *familiæ* vel *Prosapiæ*. Certè tantus populus non potuit absque *Legislatore*, qui lites componeret, subsistere, & quidem tum temporis, quo bellis assveti, feritatem Martiam induerunt. Puto tamen ego, salvo tamen doctiorum sensu, Principem virum quendam, his in oris, ætate maturum familiâ copiosum, confusum Russorum Prussorumque statum agnovisse; quem ad rerum gubernacula à populo evectum, ac muneris gesti ergo, *VVeidewuitum*, i. e. *supremum judicem ac directorem populi*, *litiumquê*, *diremptorem* appellatum fuisse. Ita *Chronica Prusfica*, *Lietvanica*, *Rusfica*. *Albertus wij. Kol.*[e] Weidewuiti Orationem refert, quæ, quamvis cultiore

Primus Lietvanorum Princeps, Weidewuitus.

Weidewuitus Unde.

Auctoris sententia de Weidewuito.

F

[b] part. 1. Hist. Lut. l. 1. pm. 12. [c] lib. 2. Antiq. Pruss. [d] in Historia Lutvan. [e] Hist. Lutv. part. 1. libi 1. p. 16.

tiore hoc ſeculo agreſtis videatur, poluiſſe virum tamen ingenio, excultumque ſatis, pro rudi illa ætate demonſtrat. *Niſi*, inquit, *apibus ipſis Stultiores eſſetis: res, de qua agitis, pridem concordiam apud vos atque optatos eventus habuiſſet. Nam quibus res familiaris inter manus eſt, propè ſcitis, tanto apum examini unicum Regem præeſſe; penes quem ſint imperia: reliquis obſequendo intentis. Ille ſolus operas ſingulis diſpenſat, ille ocio torpentes, nec laboris ferentes, alveari velut civitate extorres agit: cæteræ verò in obſequium promptæ, deſignatis laboribus, ſtudioſè inſtant nec prius quieſcunt, quàm opus ad numeros abſolutum advertant. Hæc quæ in ſingulos dies, ſub veſtris oculis agi, certi eſtis; in veſtra commoda prudenti imitatione transferte. Renunciate unum Principem, cujus imperio libertas veſtra permittatur. Ille de controverſiis decernat, injurias cædesquè arceat, fas & juſtum tueatur, ſecuritati publicæ provideat. Quod ut rectè atque ex officio exequi poſſit, vitæ mortisquè jus ei in omnes cum plena poteſtate eſto.* Qua oratione permoti, omnes Ruſſorum Pruſſorumque proceres, ipſum ducem ſuum renunciant, quem *Bojetarum*, i. e. *Apum Regem* appellant. Renunciatus, mox plebem per *tribus* recenſuit, quas certis *Agrorum* limitibus circumſcripſit; leges de *religione* tulit, deque aliis ſtatum ac regimen politicum concernentibus. Nullum *bellum* movit, *principatus inter filios, agnatosquè* diſtribuit, &c. Ita Kojal. & alii. Ne autem Rempublicam inter filiorum manus omninò deſereret, ſeque authoritate omni inter populares exueret, honores callidè auxit, quorum faſtidium ſimulabat. *Summum* ſe *Sacrorum pontificem*, antequam Principatum abdicaſſet, creavit. Qui hoc Magiſtratu deinceps fungeretur, illum *Krywe Kryweito* dici voluit. Sedem Antiſtiti & ſacris peragendis locum ad *Rombove*, ſeu *Romove*, i. e. *Lucum quercinum*, diis ſuis ſacrum deſtinavit, de quo fuſè in deliciis Antiquit. Pruſſ.

Oratio Weidewuiti. — *Weidewuiti actiones.* — *Weidewuitus fit ſummus Pontifex.* — *Krywe Kryweito.* — *Sedes Weidew. Romove.*

Hujus *filii* recenſentur duodecim; juxta nomina Provinciarum ut ego cenſeo, dicti. *Samo*, *Nadravo*, *Sudo*, *Zalaw*, *Natango*, *Barto*, *Galindo*, *VVarmo*, *Uokio*, *Pomeſo*, *Colmo*, & *Lietv*. Quo tempore vixerit incertum eſt. Sunt qui *ſeculo* 4to. poſt Chriſti natales: alii *Seculo VI.* alii *Seculo XIII.* vixiſſe eum autumant. Ego longe antiquiora eſſe hæc nomina arbitror. Quippe *Ptolomæus*, qui *Seculo II.* à Chriſto nato vixit, *Sudinorum* & *Galindorum* meminit. Cenſeo quoque, illos, quos proximè recenſuimus, vocavimusque filios omnes non fuiſſe ex toro legitimo progenitos, ſed vel adoptivos, vel viros principes, quibus certos terrarum terminos, ob heroica facta adſcripſit. Nam Pruſſici ſcriptores quidam longè pauciores enumerant, ſtella c. l. Adde quòd Pruſſorum Veterum mos fuit, & adhuc hodiernorum eſt, quorum ſcilicet reliquiæ in Nadrava Zalavonia &c. *Sunt*, inferiores ſuos nomine *filiorum* appellare: quod potiſſimùm à Weidewuito viro & grandævo & ſummo ſacrorum Principe, quem omnes Patris inſtar amârunt, coluerunt que factum fuiſſe, omninò probabile eſt. Sed de his loco alio. Hic Weidewuitus ſeſe Krywe Krywaicziu (aliis placet Kruwe Kruwaicziu,) i. e. *Pontificum Pontificem*, ac *ſummum Sacrorum præſidem* nominavit, ſtatuitque æterna lege, ut poſt fata ſua *ſucceſſor*

Filii Weidewuiti. — *Pruſſ. mos; inferiores vocare filios.* — *Succeſſor Weidewuiti.*

successor suus sit *ætate grandis*, *pietate gravis*, *rerumquè sacrarum peritus Krywe*, post fata sibi successor. Horum Kryweorum *Catalogum* recensent variè varii. Ego quem ex collatione Curiosissimorum Authorum desumpsi, eum hîc curioso Lectori propono.

WEIDEWUITIS seu WEIDEWUITUS, *Primus Princepsquè Prusiæ Sacrorum.* Catalogus Kriweorum in Prussia & Lietvania.

1. *Pruteno* seu *Brudeno* primus Successor, Weidewuiti, à quo sensu meo Pruteniæ Prutenorumque venit Nomen.

	17. *Narbasso*,	33. *Perkando*,
2. *Tarajis*.	18. *Grudaiwis*	34. *Sergallo*
3. *Perdustis*	19. *Austomo*,	35. *Stippes*,
4. *Markis*	20. *Molleinis*	36. *Leisi*.
5. *Merunas*	21. *Taido*	37. *Karkoiis*
6. *Gerussas*	22. *Romoiis*	38. *Pomolojis*
7. *Dywaitis*	23. *Darsgeito*	39. *Postuo II.*
8. *Prutenus II.*	24. *Meukgallo*,	40. *Snapeitis III.*
9. *Snapeitis I.*	25. *Paliejus*,	41. *Tixsaito*,
10. *Teleino*.	26. *Postwa, I.*	42. *Nadrasso*,
11. *Deiwaitis, II.*	27. *Marango*.	43. *Boitonos*
12. *Nergennis*	28. *Lawailo*,	44. *Dissaitis*
13. *Kartiwaitis*	29. *Turreitis*	45. *Tormeiso*
14. *Kulns*	30. *Neries*,	46. *Kirbuido*,
15. *Snapeitis, II.*	31. *Vibrotos*,	47. *Amalis*,
16. *Taigello*,	32. *Bartaitis*	48. *Aleps*. Qui *ultimus*

censetur in *Prusiâ*, quamvis in M. Duc. Lietvaniæ alios fuisse, mihi certa de causa persvasum sit, scilicet *Lisdaitis* & cæt. Vid. *Koial* p. 1. lib. 7. Hist. Lietv.

Successores autem *Principum*, quos *filiorum nomine VVeidewuitianos* nuncupamus, quod attinet; de his nulli extant nobis apud Authores commentarii, adeo, ut sicut nescimus de *Samo*, qui successores illius fuerint, ita neque qui fuerint *Lietvonis*. Dubio tamen procul est, Lietvanorum copias olim cum Gothicis populis, quorum sub nomine venerunt, *expeditiones* illas celeberrimas in *Roman. Imperium* succepisse id quod primo libro aliquatenus deduximus, & in superfluum demonstrant, sæpius in *Polonia Prusia*, *Lietvania*, *Cassubia*, reperti sub *Terra* olim fossi *nummi Romani*, certissimi scilicet testes, quod harum terrarum incolæ prædas tales ex Romano Imperio abduxerint. *Successores Principum Weidewuitianorum.*

§. VIII.

De Italorum Adventu in Lietvaniam.

COmmunis Authorum qui de rebus Sarmatiæ scripserunt, ex constanti natus à majoribus traditione, sensus est; *Italos quosdam Venedico mari*, *in Curonensem lacum*, *Vulgò* daß Churische Haff/ *prope Memelam civitatem Prusiæ Ducalis*; atque hinc ad *Ostia Niemenis* delatos, adverso fluvio in *Samogethiam* & *Lietvaniam* penetrâsse: In exilium *Italorum adventus in Lietvaniam.*

liumne acti! commodam illi sedibus stationem investigârint, an vi tempestatum à socialibus Imperii insulis abreptis huc appulerint? ignotum est. Cæterùm in quæ *tempora* hæc *Italorum navigatio* inciderit, *quibusve ex causis* suscepta fuerit, non exactè referunt Authores. Quibusdam placuit dicere, *P. Libonem*, Pompejonarum partium *navalem Legatum*, victorem Cæsarem tanto intervallo huc declinâsse. Libonem autem hunc esse illum Authores nostri scriptis celebratissimum *Palemonem*, quem alii Paleimonem, quidam Palaimonem vocant. Aliis visum est dicere, quod *Neronis* Crudelitatem; aliis, quod *Attilæ* clades, quidam vitaturi, vitam & capita huc extulerint. Sed hæc multis inter se seculis discrepant. *Pompejus* enim ante Christum natum seculo fere vixit integro. *Nero* Seculo I. post, *Attila* Seculo V. *Patemonis* autem *tertium successorem*, *Zivibundum* scilicet iidem scriptores ad annum restauratæ salutis humanæ *Ducentesimum supra millesimum referunt.* Quis verò crediderit, tot seculis occupandis, trium Principum vitam ac Imperium suffecisse? Quare rectiùs Alb. W. Koj.[f] rejicit hæc ad Seculum X. scilicet ad tempora Berengarii & Ludovici, quibus de Imperii jure armis disceptantibus, alia ex aliis bella, dissensiones, pericula, populationes barbarorum, cladesque excitabantur. Inde multos, tot malorum sensu & tædio, ad deserendæ Patriæ consilia & peregrinationem instituendam compulsos fuisse, ipsi omnino probabile videtur, eorumque Principes fuisse *Palemonem*, cui pro Gentilitiis armis, *Columna* & *Julianum Darsprungum*, cui *centurus* est pro insigni gentilitio, *cum* 500. *Equitibus*. Hos, Hunnis A. C. 924. Italiam populantibus, Venedico Mari, per exigui freti augustias, Curonensem sinum, invectos, Zamogethiam ac Lietvaniam ingressos, Prussiam penetrâsse, ibique *Romove* condidisse, in memoriam, quod Româ venerint seu Conditores. Lietvaniam mirâ industriâ, magnâque humanitate sibi asseruisse, quorum omnium supremum Principem Paleimonem fuisse dicit idem Kojalovv. Verùm hæc omnia probare non possumus. Nam si tertius Paleimonis successor, censentibus plerumque Authoribus seculo demum XIII. post natales Christi, vixerit, tria secula omnino intercessisse, inter tempora Paleimonis & Zivibundi tertii Paleimonis Successoris, dicendum erit, quod mihi vix probabile videtur; nisi quis fingeret, Paleimonem venisse ad finem Seculi X. huc, Successorem illius tertium, Zivibundum Seculo XI. vixisse aut XII. ad initium, errorem autem per additum numerum in scriptis Authorùm irrepsisse. Dein 2. si ille Paleimon cum Dorsprungo ex Italia circiter Seculo X. venerit, vix verisimile est, Paleimonem Italum, tum temporis fuisse Ethnicum, multò minùs instituisse & propagasse religionem Lietvanorum & Prussorum Ethnicam, quam tot seculis ante, Italia ad fidem Catholicam conversa, omnino abjuravit. Quî ergo novus ex Italiâ, primâ Christianitatis sede, advena, tantum in fide barbariem huc invexerit? 3. Si Italus ille fuisset, Latium sibi sumpsisset, vel accepisset nomen: sed aliud esse quàm Italicum nobis svadet ipsum nomen Paleimon, quod præter id, quod cum P. Libone haud conveniat,

Palemon I. Princeps Lietvaniæ.

Julian Darsprungus.

Nomen Paleimon est Lietvanicum.

f lib. 2.

niat, purè est Lietvanicum, & significat hodiedum *hominem Fortunatum felicem*, quare, Salvo doctissimi Auctoris judicio, æstimo illum in Lietvania fuisse virum prudentem, unum è Proceribus Patriæ, cui fortuna adeo arrisit, ut facilè sibi, quoscunque in Patria suâ allicere potuerit exinde illi tale nomen ab incolis datum fuisse; *Italum* autem ideo vocatum fuisse puto, quòd *Utalis*, i. e. in Lingva Lietvanica *Acer*, in expeditionibus bellicis fuerit vel quòd tum ipse tum ejus progenitores, in Italicis Expeditionibus Martem feliciter prosecuti fuerint. Unde id nominis sortitum esse mihi probabile est, quod vel ab Italica expeditione sospes victorque redièrit vel in Italia, à Gothicis parentibus, ibi tunc bellum gerentibus prognatus fuerit. Certo namque certius est, Gothos nostros sive Sarmatas, sæpius cum tota familia, uxoribus, liberis, &c. in Expeditiones bellicas concessisse. Hujus Palaimonis filii recensentur tres: *Borkus*, *Spera* & *Kuinas*, cujus filii habentur *Kiernus* & *Gimbutus*. *Ille Lietvaniæ*; hic *Zamogethiæ* Dux factus. Kiernus Lietvaniæ suæ adjecit *Braslaviam*. *Polocensem Ducatum* vastavit, transmisso Duina, in *Letaviam* penetravit ac ferè totam Letavorum gentem excidit. Ante fata adoptavit sibi ex Dorsprungi posteris *Zivibundum* filium & Generum, cui cum filia *Pojutta* nomine, totam Lietvaniam post mortem legavit. In Zamogethia post fata Gimbuti regnavit *Montvillo*, cui filius *Vikindus* successit, & post hunc frater illius *Erdivillus*. Hunc excepit *Mingailo*, qui se *Novogrodensium Ducem* vocavit, cujus hæredes *Skirmund* & *Ginvilus*. Ille *Novogrodensis* & *Lietvaniæ*: Hic *Poluciæ* Dux. Zivibundo Dorsprungiano successit filius *Kukiovotis*. Post hunc filius *Utenes*, cujus frater *Ringoldus*. Hunc secutus *Svintorogus I.* infans à *Ringoldo Patruo* primùm Principatu exutus, post restitutus. Skirmundo fuerunt filii tres: *Lubartus* & *Pussimundus*: Quibus *Severiam*, *Mozyram*, *Starodub*, *Czerniechoviam Keraczow* natu minimus *Troinotus*, cui *Novogardiæ* & *Subsilvaniæ* Principatum attribuit, hic Troinotus hœres factus postmodum memoratarum Provinciarum, fratribus in bello contra scythas occisis. *Ginviloni* successit *Borisus* filius, *Dux Polocensis*, qui primus inter Duces Lietvanicos factus est *Christianus*. Post Borysum autem regnavit *Basilius Rechwoldus* post hunc filius *Hlebus*, qui improlis decessit, Polocensibus libertatem plenam dedit. Troinoti filius *Algimundus* postea regnavit, qui maturè exemptus ex vivis, reliquit principatum *Ringoldo*, ex Gimbuti Paleimonis nepotis sangvine; qui Svintorogo primùm tutor datus, exuit pupillum. Lietvaniam, utramque Samogethiam, occupavit quoque *Curoniam*, *subsilvaniam Novogrodiam*, *Mosyniam*, *Pinscum*, *Severiam* & *Czerniechoviam*. *Primus Magni Ducis* titulum assumpsit. Huic successit *Mendoius* filius, qui se *Regem Lietvaniæ* intitulari voluit, qui occiso unà cum filiis *Ruclio* & *Repikka* successit ex sorore nepos *Troinotus*. Post hunc Mendogi filius, *Volstinicus*, *Zamogethis* licet & *Jatvingis* renitentibus successit, post cujus fata *Svintorogus Utenides* Magnus Dux renuntiatus, jam *nonaginta 6. annorum* vetulus, cui filius *Giermond* successit. Huic fuerunt filii duo. *Giliginus* natu major factus M. Dux Lietvaniæ; alter

Gothi cum tota familia in Expeditionibus bellicis.

Paleimonis filii.

Kuinas ejus familia.

Zivibundus adoptatur.

Primus Christianus Dux Lietvanill Borysus.

Ringoldus Primus Magn. Dux Lietvaniæ.

Mendogus Rex Lietvan.

Troinotus M. D. Lidu.

Volstinicus M. D. L.

Svintorogus Utenides M. D. L.

Ginrmond. M. D. L.

Insigne Magni Ducatus Lietvaniæ.

Trabus, Dux Zamogethiæ. Illi successit *Romundus*, improlis, quem sequebatur filius Trabi *Narimundus*, qui primus loco Centauri, *equitem armatum, stricto ense hostem persequentem*, vulgò *Pogonia*, in Ducalibus insignibus usurpare cæpit; quanquam alii dicunt, à *Mendogo* Rege idem insigne usurpari solitum; *adjectis binis in Clypeo crucibus*, ad indicium susceptæ à se & suis Christianæ religionis. Hic fratribus suis certas in interiori Lietvania possessiones assignavit. *Holsæ*: Ducatum Olsamensem, cujus familia in *Paulo* Episcopo Vilnensi defecit. *Giedro*: Unde Duces *Giedroicii*, ampla quædam ditio septentrionem versus attributa. *Daymondo*: Ucianensis Ducatus datus, qui arce Svir conditâ, Ducibus *Svirsciis* nomen dedit. *Troidenum* solum pacis bellique socium apud se detinuit, cui deinde *Jatviezyam* attribuit; & post sua fata vero M. Ducatum Lietvaniæ; quo à Daumondi sicariis cæso, electus est *Laurus* filius, *Rimondus* aliàs, dictus; qui in sui locum substituit *Vitenem*, Curiæ olim apud Troidenum Magistrum è familia Cæsarini Columnæ nepotem è Mendoga filia. Ipse in monasterium, ex quo exierat, regressus. Huic Vitenis regimen excepit Gedeminus filius, cui successit *Olgerdus* & huic *Tagello*, factus Rex Polonorum *Vladislaus* dictus. Post hunc in M. Ducatu Lietv. fuit *Skirgello* & tum *Vitoldus Svitondus*. Post hunc *Svitrigello* sese intrusit, quo à Polonis debellato, successit *Sigismundus*, post quem Casimirus, qui factus deniqve Rex Poloniæ, in cujus locum successit. *Alexander* qui ad fasces regni Polonici evectus, Magnum Ducatum Lietvaniæ Regno Poloniæ incorporavit, ita ut qui esset Rex Poloniarum, sit & Magnus Dux Lietvaniæ. Post hunc *Sigismundus I.* Rex Poloniæ; tum *Sigismundus Augustus*, in quo familia Jagellonica exstincta. Hunc secutus *Henricus Valesius*. Tum Stephanus Bathori, dein *Sigismundus III.* cui filius *Vladislaus IV.* post cujus fata fratres illius *Joannes Casimirus*. Hunc excepit, *Michael Coributus* Dux in wiecznowiecz. Denique qui hodie felicissimè M. D. Lietvaniæ imperat est *Joannes III. Magnus Rex Poloniarum* è familia insigni *Sobiesciorum*.

Laurus M. D. Lietv. Vitenes M. D. Lietv. Gedeminus M. D. L. Olgerdus M D. L. Tagello M. D. L. fit Rex Poloniæ. Skirgello M. D. L. Vitoldus M. D. L. Svitrigello. Sigismundus M. D. L. Reg. Polon. Alexander M. D. L. & Rex Poloniæ Lietvaniam Regno Poloniæ incorporavit. Sigismundus I. Rex Pol. & M. D. L. Sigismundus August. Henricus Valesius. Sigismundus III. Vladislaus IV. Joannes Casimirus. Michael Coributus. Joannes III. Sobjescius Rex Polon. & M. D. L.

CAPUT III.
De Polonia & Masovia.

SLavicis Populis olim & nunc Sarmatas nostros, quos *Polonos* hodie vocamus, annumeratos fuisse, extra omnem controversiam est ideo de his hoc Capite agendum nobis, quibus *Masovios* adjungimus, gentem Polonis vicinam.

§. I.
De nomine Polonorum.

Nomen Polonorum variat.

NOmen Polonorum, pro Authorum diversitate variat. Communiter dicuntur *Poloni*. Doctis & Orientalibus audiunt *Lechi*: Germanis *Polangen*, *Polaken*, *Posten*, item *Venden*, Lietvanis Zamoge-

this, Prussis Leivonibus sua nativa lingva audiunt *Lekai.* Ptolomæo dicti videntur *Bulani*, *Derivatio* horum nominum itidem variat. Polonorum quidem nomen deducunt quidam à *Polo*, quòd sub *Polo arctico*, sive, ut Barclajus, sub *Jove Frigido* nascantur Poloni. Sed hæc Latina vox, quid cum voce & nomine Polonorum, quorum lingva longè à Latinis diversa, habeat convenientiæ, viderint illi, qui originationes hominum effingunt potius veriùs pro libitu ingenii, quàm veras reique consonas proponunt? Habet quidem ea vox cum Polono nomine literarum affinitatem, sed non rei, habet similem sonum, sed non sensum. Cur enim non aliæ similiter gentes à Latinis sic dictæ, quæ Polo arctico magìs subjacent, majoremque sentiunt Boreæ rigorem? Viderint ad hæc, illi ea, qui supra toties de Nominum derivatione diximus: nimirum, quod una quæque gens è sua sibi lingva vel imponat vel acceptat nomen. Communiter & propriè Nomen hoc deducitur è Patria gentis voce, scilicet à *Pole*, quod *campum* denotat, adeoque Poloni dicti videntur quasi *campestres animæ*, quo nomine eos Polonus vates *Sarbieski* appellat; dum canit: *Ejus derivatio.*

Campestres benè Sarmatæ
Campo bella gerunt.

Huc coincidunt, aliorum quoque nominum derivationes scilicet Nomina *Lechi* & *Zechi* mihi omnino sunt Slavo-Sarmatica, quorum derivatio ex lingva eadem ceu patria & genuina petenda est. Lechus (*e* virgulatum effertur hic quasi en,) modò pro hodierna Zamogetharum, Prussorum, Lietvanornm dialecto *ch*, duriusculè quasi *k* effertur *Lekas*, denotat, *campestrem* à primitiva voce *Leka*, quod propriè, non tam pratum aliquod commune, quàm campum denotat *apricum*, *planum*, & sæpissimè *talem*, qui flumini adjacet. Itaque nomen hoc *Lechas* vel *Lekus* vi vocis significat *eum*, qui *in campis talibus degit*; quemadmodum *Zechus* (ab aliis Czechus scribitur) Originalem habet derivationem à *Zegu*, quod *scandere*, *saltum facere* significat. Illud Polonis, campestribus viris, hoc Bohemis, quorum Terra multis montosis saltibus famosa est (inde quòd sæpiùs montosos illi saltus scandere soliti sunt,) nomen natum, & tributum olim & nunc est. Lechus autem & Zechus ab antiquis *fratres* habiti sunt, ex eo, quod ex *una stirpe* provenerint, quod ipsa utriusque gentis Lechicæ & Bohemicæ lingva demonstrat, quæ est una origine ac fere eadem. Hac ex causa, puto, citra dubium Polonos vocatos fuisse, tam ab Occidentalibus, quàm ab Orientalibus populis, Lechos & Lechiades. Ab *occidentalibus* quidem: scilicet de Germanis Teutonibus &c. quia & ipsis adhuc communissimo in usu est, Polonos nostros vocare *Polaken Polangen* quasi *Polekas* i. e. *qui ad prata in Campis degunt.* Apud *Orientales* autem; qui nomen Sarmatarum nostratium & arma victoriosa, olim sub nomine *Gothorum*, toto ferè orbe illustrium, unà cum lingva Gothica, quæ nostra ipsissima est, & vicinissima Prussicæ, Lietvanicæ, Venedicæ seu Vandaiicæ fuit, noverunt. Et esto, fabula sit, Lecham & Zechum fratres olim exstitisse; esto quoque, Orientales populi de *Lechus & Zechus fratres.*

puli de Lecho & Zecho nihil ante legerint, tamen non eſt abſurdum dicere, Lechorum nomen inter Gothicos pupulos, ab antiquo in his terris celebre fuiſſe, quòd à tanto tempore uſque huc ex continua à majoribus traditione duravit, durabitque. Ex his palàm eſt, quid ſentiendum de opinione quorundam ſit, qui Polonos ſeu Lechos noſtros à Populis inter Mare caſpium & Pontum Euxinum degentibus, (*Leſgi* ſive *Legsi* dicuntur adhuc illi,) veniſſe autumant. Nam præter id, quod nomina hæc Lechus & Leſgos, inter ſe non parum disconveniant, Lesgorum nomen, non tam *Antiqvum*, neque tam *celebre*, quàm eſt Sarmatarum. Adeoque quisquis Sarmatas noſtros, tam generoſam, bellicoſam, Orbique notiſſimam gentem deducere contendit, ab his obſcuris populis, quorum heroica facta, nulla novit antiquitas; quorum nomen vix ante duo ſecula natum, notum, nam ille, glorioſo Sarmatarum nomini peſſimè conſulit. Interea, cuilibet in his quæ meris nituntur conjecturis, per me licitum eſt, ſuo abundare ſenſu. Mihi tamen vero ſimillimum eſt, Polonos noſtros, qui, teſte Ptolomæo, ſub nomine *Bulanorum*, *Gothorum*, *Phinnorum*, *Phrungundionum Antarum* &c. Orbi fuêre notiſſimi, eâdem, quâ Gothi, gaudêre Origine.

An Poloni à Lesgis deſcenderint.

Origo Polonorum.

§. II.

De Provinciis ſive Palatinatibus ac Terris Minoris Poloniæ. Sed inprimis de Topographia ſive Situ totius Poloniæ.

REgnum Poloniæ nobiliſſimum & ampliſſimum, ab Oriente nonnihil in *Septentrionem* deflectendo Maſoviæ & Lietvaniæ contiguum eſt, à *Septentrione* Pruſſiæ & Mari Venedico adjacet, à *Meridie* & *Oriente*, Ruſſiâ, Podoliâ, Valachiâ & montibus Hungaricis terminatur. *Ab Occidente* Sileſiâ Saxoniâ Marchiâ. Polonia modo *bipartita* eſt, *Major* & *Minor*. Totius autem olim Regni metropolis fuit *Gnesna*, jam *Cracoviam* cum inſignibus Regni translata eſt. Et hinc *Minor Majori*. Poloniæ anteponitur. Sunt tamen in utraque Polonia inſignes Terræ ac Provinciæ, & quidem in MINORI POLONIA: I. CRACOVIENSIS *Palatinatus*, qui præter ſuos quatuor diſtrictus ſcilicet *Cracovienſem*, *Lelovienſem*, *Biecenſem* & *Saudecenſem*, *tres* in ſe continet *Ducatus*, nimirum *Oſvecienſem*, *Zatorienſem*, *Severienſem*, & *Comitatum Scepuſienſem*. Reliqvum verò omne hujus Satrapiæ, *tria & nonaginta territoria*, præter vicos & villas, continere dicuntur. Caput Provinciæ & Regni totius, *Metropolis*, *Cracovia* eſt, cum adjunctis oppidis *Caſimiria* à meridie, *Clepardia*, à ſeptentrione, *arce* quoque in rupe eminenti; in qua *Baſilica Sancti Staniſlai*, multorum; variorumque vaſorum aureorum & argenteorum, altarium argenteorum, mitrarum Epiſcopalium, caſularum & pluvialium, ex ipſiſſimis gemmis comparatarum, abundantiſſima; illud ſingulare habet, quòd in ea *perpetuò decantetur, neque noctu ſilentium ſit, ſacerdotibus in certas claſſes idcirco diſpoſitis, qui continuis*

Termini Poloniæ.

Polonia bipartita, alia Major, alia Minor.

Palatinatus in Minori Polonia I. Cracovienſis.

Cracoviæ ſingularia.

continuis psallant horis: cùmque *centum circiter singulis diebus, in ea sacrificia peragantur, octo Missæ ordinariè cantentur* à sacrorum mystis, ex quibus *duæ ad concentus Musicos celebrantur*. Huic quoque Provinciæ, & quidem *soli*, exceptâ alterâ *Sendomiriensi*; contigit *omnia metalla & fossilia* possidere: *Plumbi & argenti* fodinas apud *Ilcusiam Slaucoviam* & *Neomontem* seu *Novogoram*. *Æris* & *Auri* ad *Novotargum* & in *montanis* circa *Sandeciam*. *Salis metallici*, instar ingentium saxorum apud *Bochniam* & *VVeliciam*, *Marmoris omnis coloris* apud *Solecium*. *Nitri* apud *Vistitiam*. *Vitrioli* apud *Becum*. *Cupri* & *Carbonum* ad ignem fovendum apud *Teucinum*. *Chalybis* apud *Podolaniecum*. *Ferri* verò simplicis & *vasorum vitreorum* officinas apud *Olpiniam*. Præter Cracoviam sunt oppida: *Czhenstochow*, oppidum ac monasterium *B. Virginis miraculosâ* imagine à *S. Luca* Evangel. depicta, toto Orbi notissimum, gemmis, auro, argento & vestibus ditissimum, tùm *Mostovia*, *Novopolia*, *Pileia*, *Ogrodnecia*, *Severia*, *Lipovecia*, *Stawcovia*, *Ilcusia*, *Trucinum*, *VVelicia*, *Bochnia*, &c. *Singularia Palatinatus Crac.* *Czhenstochow.*

2. *Palatinatus* SENDEMIRIENSIS *octo territoriorum*; videlicet *Sendomiriense*. *Radomense*, *Stenzicense*, *Corcinense*, *Vislicense*, *Chensinense*, *Opocinense*, & *Pilsnense*. Abundat *metallis*, *auri*, *æris*, & *Lazurii* apud *Kielcios*; *plumbi* & *argenti*, apud *Chencinum*: *marmoris* nigerrimi & viridis & rubi, apud *Cunoviani*. *Ferri* & *Chalybis*, ad *wachociam*, *Sydloveciam* & alibi. Urbs *Sendomiria* in scopulo eminenti ad Vistulam posita, prospectu amœnissimo; Collegio *Canonicorum* & *Societ Jes.* aliorumque Ordinum nota tum *Arce Regia* satis elegans post hanc est *Opatovia*, tum *Radomia* muro cincta, *Solecia*, *Ilza*, *Bozentinum*, *VVachocia*. *Malogostia*, *Sidlovecia*, *Janowecia*, *Racovia*, *Slupecia*, *Sydlovia*, *Osiecum*, *Stassovum*, *Polancium*, *Olesnicium*, *Corczynum*, *Vrzlicia*, *Zborovia*, *Pilsna*, &c. Sunt & *arces nobilium* multæ, inter quos tres sequentes palmam præripere aliis videntur. Nimir. *Rzemienium* munitissimum, *Vieviorca*, amœnissima & *Baranovia* elegantissima. Huc spectat *Mons S. Crucis*, tum Monasterio, tum *insignibus Crucis sanctæ Reliquiis* hoc loco depositis tum *Officinâ Vitriariâ*, cujus vitrum, prope ad Veneticum accedit nitore, toto Regno celeberrimus. *Pal. Sendomiriensis.* *Sendomiria.* *Nobilium arces.* *Mons S. Crucis.*

3. *Palatinatus Min. Pol.* est LUBLINENSIS. Ad quem spectat Terra *Lucoviensis*. Urbs ipsa *Lubninum*, *Tribunalis Regni Judiciis*, amœnitate situs, cœli salubritate, mercimoniis multùm commendabilis. Post hanc locum tenet *Casimiria*, civitas haud inelegans, *mercimoniis* clara. Reliquæ sunt; *Opolia*, *Curovia*, *Crasnicia*, *Levartovia*, *Ursendovia*, *Lenczna*, *Gemernica*, *Dombrovicia*, &c. *3 Pal. Lublinensis. Tribunal. Regn. Pol.*

§. III.

De Palatinatibus ac Terris Majoris Poloniæ.

MAJOR POLONIA, dividitur in *octo Satrapias* seu Palatinatus, scilicet 1. POSNANIENSEM cujus Provinciæ *Metropolis*, *Posnania* est; Urbs non adeo ampla intra, sed extra mœnia extendit se in suburbia: *Sede Episcopali* & *Canonicorum*, *Academicis Soc. Jes.* studiis, *Palatinatus Majoris Poloniæ. Posnania.*

Gnesna. Ejus Archiepiscopus.

Civiumque mercimoniis clara, nec minus *sepulchro Boleslai Chobri* Regis Polon. in Cathedrali Ecclesia. Dein *Gnesna* cujus *Archiepiscopus*, in Senatu Regni & Ecclesiæ *Primas* est. *Primus Senator Regni & Episcopus*: Ideoque *primus Princeps & Legatus natus* intitulatur. Quare & *vices summi Pontificis* in spiritualibus gerit, & tempore inter regni, *Proregis nomen & Officium* obtinet. Cætera oppida sunt in hoc Palatinatu: *Coslinum, Uschovia, Slupcia, Pysdry, Coninum, Kczina, Casimiria, Naclum, Curnicum*, ut plurimùm murata oppida. *Palatinus* hujus satrapiæ, eam habet prorogativam, *ut Generalis Majoris Poloniæ dicatur.*

Pal. Calissiensis.

2dus *Pal.* CALISSIENSIS, in quo Urbs *Calisſium*, muro *lateritio atque turribus* cincta, *Collegio* & Studiis *Soc. JESU* insignis. Præterea sunt, *Slavum, Kolo, Cosminum, Dobra, Grabovia, Opalovecia, Plesʒovia, Octolanovia*, & *Chocia, Olobocum*, &c.

Pal. Siradiensis.

3tius SIRADIENSIS, in *quatuor territoria* divisus: In *Siradiense* videl. *Schadkoviense, Radomsceuse* & *Petricoviense*. Civitas *Siradia* ad Vartam fluv. Eo spectant oppida: *Vidavia, Varta, Pabianice, Lascum, Byki, Crusinum, Petricovia*, in qua *secundum Regni Tribunal*, ut remotioribus Provinciis facilior sit aditus, peragitur. Huic Palatinatus adjacet.

Tribunal Regni Polon.

Terra Vielunensis.

4. *Terra* VIELUNENSIS, quæ dividitur in *Territoria duo*: *Velunense* & *Ostressoviense.*

Pal. Ravenensis.

5. RAVENSIS. In hoc Palat. Oppida sunt: *Rava, Lovicium Archiepiscopi Gesnensis Residentia, Volboria. Residentia Episcopi Vladislaviens.* Item *Gombinum, Sochaczowia, Gostinium, Squernevicia, Biata, Rodzejovia*, &c.

Pal. Lencicigensis.

6. LENCICIENSIS *Palat.* continet in se *tria territoria*: scilicet *Lenciciense, Brezinense* & *Orloviense*. Urbs præcipua *Lencicia*, in paludibus sita, *templo Canonicorum* & *comitio nobilitatis* illius insignis. Post hanc, *Piantkum, Uniejovia. Orlowa, Bresinia, Inowlodz.*

7. VLADISLAVIENSIS *Palat.* complectitur *tria Territoria*, *Bidgostense, Bobrownicense*, & *Vladislaviense*, quod à *Goplo* lacu & oppido *Crucvicia*, usque ad *Vistulam* & *fines Pomeraniæ* extenditur. Civitates sunt: *Bidgostia*, urbs murata, in qua nunc *moneta argentea* cuditur. *Pacostia, Gnieocovia, Vratislavia, Solecia, Dibovia Strelce.*

Pal. Brestensis.

8. BRESTENSIS *Palat.* ad quem spectant *quatuor Territoria*: *Brestense*, ubi *Vladislavia, Sede Episcopi* Vladislaviensis & Pomeraniæ, *temploque Cathedrali* ditissimo clara. *Bresta, Nisavia, Raciensium, Radziejovia, Sluzewci*, Duo hi Palatinatus spectant ad *Terram Cujaviensem.*

Cujavia.

§. IV.

De Ducatu Masoviæ.

Ducatus Masoviæ.

PRovincia hæc, quamvis sit in meditullio Regni Poloniæ sita, dudumque Regno eidem incorporata, videtur tamen alia quasi esse, ac diversa à Regno, cùm ingeniis ritibusque nonnullis ac moribus, tùm

tùm quòd distinctis ab initio paruerit Principibus, cum quibus deinde Principes Poloniæ bella gesserunt. *Nomen* Masoviæ variat: scribitur *Mazovia* & *Mazau*. Hinc *Mazovita*, *Mazur*. De *Origine nominis* hujus Authores inter se non conveniunt. Sunt qui Mazoviam à *Mazu* vocabulo Gothico derivant, quod *forsan* denotat: quasi Masoviæ gens nimis credula, sæpius olim in ore habuerit *Mazu*, i. e. *forsan sic erit*. Sed hæc derivatio risum potiùs meretur, quàm assensum. *Mazuros* qui vocant hujus gentis populum, (ut in Prussia Sudowitæ & alii) videntur illos derivare à vocibus *Maz* & *Zuriu*, quod ferè denotat *hominem*, *qui ex parvis oculis prospicit*: quasi illa natio, ex visu, oculisque minoribus fuerit olim cognita, quemadmodum *Longobardi* juxta nonnullos, ex longis barbis & mystacibus. Quibusdam placet illos derivare à *Maslao* quodam Polono, Pincerna quondam Regio, qui tractum illum *Terræ Plocensis*, qui nunc est Palatinatus, tempore interregni, cùm Poloni, adversùs impotens *Rixæ* Regimen commota, arripuisse dicitur, & à suo nomine Provinciam hanc appellâsse, unde *Maslavia* olim, deinde *Masovia* dicta creditur ab iisdem. Nobis non omninò probatur hæc opinio. Si enim à *Maslas*, Pincerna illo Regis Poloniarum, Seculo XI. Masovia dicta fuisset, utique *aliud ante nomen* habuisse hanc terram necesse est, quod tamen probari non potest. Quòd autem ante Maslai tempora, nomen Masoviæ jam fuerit, patet ex Terra Masoviæ contigua, *Pomesania*, quod nomen longe Maslao antiquius esse Chronica Prussica testantur. 3. Neque verisimile est, ab homine infelici Maslao, Provinciam tantam nomen accepisse, cùm Prussorum Chronica testentur, Maslaum hunc miserè *laqueo vitam* finiisse, *in Crucem à Prusis*, *in Prusia actum*. Hæc opinio videtur orta ex confusione Nominum Masonis & Maslai. *Sarnicius* [g] vult gentem hanc à *Massogethis*, antiquis illis populis, in Asia celeberrimis, deducere; sed quo argumento, quove auctore? non constat nobis ex eodem. Mihi videtur, quantum Asia à Masovia. & Massagetæ Asiatici distant à Masovitis Polonis; tantum opinionem Sarnicii distare à veritate. Nisi quis dixerit compositum esse Nomen ex *Masso* sive *Mazo* & *Getæ*, quorum Nomine Sarmatæ, adeoque Poloni nostri venerunt; censueritque Masò-Polonos, esse Massogetas seu Sarmatas, ad distinctionem Asiaticorum, à quibus hi, ducta origine, sedem in his terris fixerunt. Sed hoc est mœntum an commentum ingenii? Sunt tandem, qui Mazoviæ nomen à *Masone* Principe quondam Prussorum deducunt, qui Masovicæ Terræ tractum, vel vi vel hæreditate obtinuit. Ad quæ quid dicam, non habeo, nisi quod hæc ultima deductio nominis mihi probabilior præ cæteris videatur. 1. quia Masovia olim ad Krywe-Prussicum Imperium pertinuit, & tempore Zemoviti, ut videtur, Prussis ademptum. [h] 2. Certum quoque est, Masovios, quamvis jam servitutis jugum abjecerint, seque in libertatem posuerint, tamen Kriwæ Prussorum, supremo Principi ac Pontifici se submisisse, ejusque religionem professos esse, in qua plurimi è Masoviis tempore Ordinis Teutonici, præsertim de plebe, reperti sunt, qui

Nomen Masoviæ variat. Ejus derivatio.

Maslaus.

Maslai interitus.

An Masovii à Massagethis venerint?

An à Masone Principe Prussi nomen derivandum sit.

Masovia ad Imperium Prussicum pertinuit.

Masoviorum & Prussorum una fides & lingva.

g lib. 1. Annal. Polon. p. 2. h Vid. herburt. lib. 1. Hist. Pol. & Delici Antiq. Pruss.

qui juxta Kriveanæ fidei instituta vixerunt. 3. Una eademque lingva olim ipsis cum Prussis fuit, eaque longe vicinior, quàm hodierna Polonica. 4. Vicina Masoviæ terra, *Pomosania* non aliunde dicta esse videtur, quàm quòd *vicina sit* Terræ *Masonis*, quæ hodie *Masovia* audit, utique antiquitus ab eodem Masone sic appellata est. Quemadmodum Nadravia à Nadrone, Samia à Samone, Sudovia à Sudone &c. appellata sunt. Quid autem Masonis nomine propriè intelligatur? ambigitur à multis. Mea conjectura est: (Salvo tamen doctiorum sensu, quibus eruditum est ingenium.) Ideo Masonem dictum esse Terræ hujus Principem, quòd *sæpius sua tuguria mutaverit*. Vox enim Gothica, *Miasis*, pro hodierna Samogetharum dialecto *mesu* significat *permuto, rejicio tuguria, vel res meas*. Non vana quoque cujusdam conjectura est, Nomen Masonis è Polonicâ, ceu Patriâ voce, desumptum esse, atque significare idem, quod Polonis etiam num *Mozny* i. e. *Potens*, sive *Illustris vis*, in sensu usurpato usque hodie à Polonis, qui *Mozných*, *VVielmozných Jasnie VVielmozných*, Illustrium, Perillustium, Illustrissimorum titulis donant. Mazo itaque, quia Princeps erat Vir in Terris sibi subjectis, *Mozny* à suis dictus est, quasi *Illustrissimus*, licet titulus hic ampliùs nunc creverit per assentantium Encomia. Atque hæc de Masoviis, quos olim Scythis Gethisque annumeratos fuisse, auctores produnt Sarmatici; nec non de eorum vicinis Pamesoniis quos ita Cursivas habuisse habitationes, ac mutabiles, nostri tradunt scriptores Prussici qua de re in Deliciis meis fusiùs.

Pomesaniæ vox unde dicta. *Maso nomen quid significat?* *Masoviorum nomen an à Mozni Polonic?* *Cursivæ habitationes Prussorum & Masoviorum.*

§. V.

De Masoviæ Satrapiis seu Palatinatibus.

PRovincia hæc in 4. *Satrapias seu Palatinatus* dividitur, quorum primus censetur DOBRINENSIS *Palatinatus*, qui Occidentalis est, inter Cujaviam & Prussiam positus. Complectitur tria Territoria: scilicet *Dobrinense*, *Ripinense*, & *Livense*, à Civitatibus, quæ sunt territoriorum capita, sic dicta. Præter has sunt, *Skampe*, Imagine B. Virginis miraculosus locus insignis, *Gurzno* &c.

1. Palat. dobrynensis.

2. Palat. PLOCENSIS; ad quem spectant quatuor territoria: *Plocense*, *Zaucrense*, *Mlavense* & *Stenense*. Oppida fere omnia ignobilia videntur; inter quæ tamen eminent *Plocko* & *Stepreja*.

2. Pal. Plocensis.

3. *Pal.* MASOVIÆ. Ampla Satrapia, quæ in duodecim territoria dividitur. Scilicet in *Cirnense*, *Visnense*, *Zembroviense*, *Varsaviense*, *Nurense*, *Visegrodense*, *Zacrocinense*, *Ciechanoviense*, *Lomsense*, *Rozanense*, *Macoviense* & *Livense*, ita à Civitatibus principalioribus dicta. Præter quæ, habet multa oppida, utpote, *Pultoviam*, Episcopi Plocensis Residentiam, in cujus districtu *Præfatus Episcopus supremus* est *Princeps*, à quo neque nobilitati conceditur appellatio ad Regem. Item *Czermienscum*, *Minskum*, *Varkam*, *Garvoliniam*, *Stanislaviam*, *Brocum*, &c. Inter omnes eminet. *Varsavia*, *Centrum Regni Poloniæ*, atque ob id ad comitia Regni peragenda designata Urbs; *Residentia Regis Poloniæ*. Basilicis Principum Templis sumptuosissimè ædificatis plurimùm insignis.

3. Pal. Masoviæ. *Episcopus Plocensis, supremus Princeps Pultoviæ.*

4. *Pal.*

4. *Palat.* PODLACHIÆ. Habet ſub ſe tres diſtrictus: *Drohiczynenſem, Mielnucenſem*, atque *Bielſcenſem*, quæ tria oppida ſunt principaliora. Cætera ſunt: *Holovaczt, Suraſum, Viſovie Kniſcium*, &c. *4. Pal. Podlachiæ.*

§. VI.
De Principibus ac Regibus Poloniæ.

LEchus, primus Gentis Polonæ conditor perhibetur, qui cum fratre *Czecho*, ex *Illyrica* veniens fertur Polonos condidiſſe: ejus familia ad 150. annos principatum habuiſſe creditur. Ita ſcriptores Poloni, & communiſſimus Recentiorum ſenſus eſt. Videatur inſuper *Horn.* Orb. Imp. pm. 258. Illius ætas ſecundùm hos Authores incidit in annum circiter 550. quanquam diverſum quid ſentiat *Hartknoch*, qui Lechum ſeculo ſcilicet VII. Principem egiſſe Poloniæ ſcribit; ſed pluribus potior, quàm uni fides danda, præſertim extero. Poſt hujus familiæ exceſſum, *Duodecim Palatini*; *VVoiwodæ* nunc Polonis lingvâ ſuâ dicuntur, qui olim & nunc Lingvâ Pruſſicâ *VVaid-voiti* i. e. *litium diremptores* Regnum hoc ampliſſimum rexerunt. Quanquam nota hic, nomen hoc Polonicum *VVojewoda* compoſitum eſſe, deſumptumque videri à Polonicis vocibus, *woinê wodze*, quod olim, cum Nobilitas ipſi, (unde Equitum accepit nomen, & Equeſtris ordo dicitur) bella contra hoſtes geſſerit, Præfecti nobilitatis, per Satrapias ſeu Provincias diviſi, ductores ad indicta bella fuerint; eorum enim officium erat, ſicut nunc eſt, in motu Regni publico, (*Poſpolite Ruſzenie* dicitur Polonis) nobilitatem Palatinatûs ſui expedire ad bellum, Ducemque agere; hinc *VVoiwoda* dictus eſt ille, qui *na VVoine wodzi* i. e. *ad bellum* ducit ſive, *woienni wodzi*, i. e. *Belli Dux*. His wojewodis Sublatis, condidit *Secundam familiam*, Anno 700. *Cracus*, conditor Cracoviæ ad Viſtulam, quò ſedem Regni ex Gneſna Tranſtulit. Hujus ſucceſſor creditur *Lechus* II. tandem Virago *Venda*, poſt cujus obitum, iterum *duodecim Palatini* rexerunt Poloniam. Palatinis his abolitis, regimen deveniſſe dicitur, ad *Præmiſlaum* ſeu *Leſcum I.* circa Annum Chriſti 760. Hinc ad *Leſcum II.* Anno 804. tum ad *Leſcum III.* Anno 810. Eum ſecutus *Popielus II.* circa Annum Chriſti 815. quem excepit 829. *Popielus II.* à muribus conſumptus. Poſt cujus exitum *tertiam familiam* condidit *Piaſtus* Anno 830. quem *Ruſticum* vocat *Hornius* c. l. p. 259. Ejus familia diutiſſimè regnavit, usque ad Annum Chriſti 1386. & ab hoc certior Poloniæ hiſtoria incipit. Piaſto, anno regiminis ſui decimo nono decedente, filius ejus eligitur *Zemovocites* i. e. *terrarum præfectus*. Hiſtoriis Polonis audit *Zemovitas*. Hunc poſt annos regiminis 32. filius in Regimine ſecutus, *Leſcus IV.* Hic anno regiminis 21. demortuus, reliquit filio principatum *Ziemomislo*, cui Anno 50mo. regiminis fata exſolventi, filius ſucceſſit *Mieciſlaus Primus Chriſtianus Poloniarum Princeps*, qui poſt annos regiminis 35. ceſſit filio *Boleſlao Chobrio*, quem *Otto III.* Imp. R. *Regem* creavit, à quo tempore Poloniæ regnum exſtitit. Hunc ſecutus filius *Mieciſlaus II. Rex* Polon. & poſt hunc *Caſimirus* ex *Monacho* factus Rex. Hujus filius, *Boleſlaus Audax* dictus poſt

Lechus I. Princeps Poloniæ creditur. Lechica familia prima, regnavit 150. ann.

Duodec. Palatini ſeu Woiwodæ. Unde Nomen woiwodæ?

Poſpolite Ruſzenie.

Secunda familia Craci regnat in Polonia. Venda Princeps Pol. Duodecim Palatini.

Tertia familia Piaſti.

Mieciſlaus Primus Chriſtianus Princeps Poloniæ.

Cædes B. Stanislai Ep. Cracov.

fata Parentis obtinuit Regnum, sed *regium amisit titulum*, quod B. *Stanislaum* Episcopum Cracoviensem nefariè occiderat. Ejus successores dein per aliquot annos titulo Regio abstinuerunt scilicet *Vladislaus Hermannus*, Boleslai frater, qui principatum post fratris obitum tenuit per 21. annos. Post hunc *Boleslaus III. Crivocistus* Vladislai filius per annos 36. Huic successit filius *Vladislaus II.* qui post 6. annos fatis cessit, fratri reliquit imperium *Boleslaus IV. Crispo*. Huic successit frater *Miecislaus* senex inter varias turbas. Hunc depositum excepit *Casimirus II. Justus*; dein *Lescus albus*, cui se iterum immiscuit *Miecislaus senex*; Quo anno 1202. mortuo, successit *Vladislaus Lasconogas* Anno 1205. Post annum, Anno 1206. *Lescus Albus* iterum, tùm 1226. *Boleslaus Pudicus*. Post hunc Anno 1279. *Lescus niger*, & qui Nigrum excepit *Primislaus*, qui per menses 7. aut 8. *Regis nomen sibi usurpavit*. Hunc secutus 1296. *Vladislaus Locticus*; contra quem electus erat à nonnullis proceribus *Venceslaus Bohemiæ Rex*, & dein, *Henricus Dux Glogociensis* in silesia; Cùmque hic ad Regnum pervenire non posset, *Silesiam* saltem à Polonica abalienare conatus est. Ita omnes *Silesiæ Ducatus, quorum 17. erant*, in clientelam Joannis Regis *Bohemiæ se dediderunt*; & adhuc incorporati Regno Bohemiæ manent. Prævaluit tandem Vladislaus contra Venceslaum. Hunc secutus est *Casimirus III. Magnus* dictus. Ultimus ex familia Piasti, qui vitam cum Regno deposuit Anno 1370. Ita Regnum Poloniæ ad *Ludovicum Regem Hungariæ*, Sorore Casimiri genitum pervenit. Quo sine masculo decedente, utriusque Regni successor constitutus est *Sigismundus Marchio Brandeburgicus*, quem tamen Poloni respuebant: Sibi filiam Ludovici *Hedvigem Reginam* poscentes, sed qui cum tali sponsa regno potiretur, dissidebant. utriusque expectationem fefellit tertius procus inopinatò se ingerens *Jagello* M. D. Lietvaniæ, Regno Reginâque potitus est his conditionibus, ut Christianam amplectaretur Religionem, & Poloniæ Lietvaniam conjungeret. Ex hac Jagellonica familia sibi successerunt, sequenter Principes.

4ta Familia Jagellonica in Polonia.

Anno 1434. *Vladislaus Rex Pol.* cæsus ad Varnam. Anno reginimis 10.

Anno 1447. *Casimirus IV.* cui se Prussia subjecit Regnavit annos 45.

Anno 1492. *Joannes Albertus* regnavit ann. 9.

Anno 1501. *Alexander*.

Anno 1507. *Sigismundus I.* qui *Albertum Marchionem Brandeburg.* tricesimum 4tum & ultimum Ordinis Teutonici Magistrum 1525. *Ducem Prussiæ* fundavit Regnavit ann. 41.

Anno 1548. *Sigismundus Augustus, ultimus ex stirpe Jagellonica*, qui *Gothardum Kettherum*, ultimum Ensiferorum Ordinis Magistrum, *Ducem Curlandiæ & Semigalliæ* Anno 1561. creavit & Livoniæ dominum, quo extincto, post biennii interregnum electus erat *Henricus Dux Andegaviensis* Caroli IX. Regis Galliæ frater. Hic intellectâ fratris sui morte, pertæsus Polonæ libertatis, cùm nonnisi tres menses & dies 26. regnasset, insciis omnibus, furtim in Galliam aufugit. Po-

Henrici Regis obitus.

lonicâ

lonicâ contumeliâ invitati, evocare ipsum, cumque non compareret, Regnum ipsi abrogare, Remque publicam suam ad *interregnum* revocare. Post biennii novum interregnum, divisis Polonorum studiis, aliqui *Maximilianum Impatorem*; plures *Stephanum Bathori*, Transylvaniæ Principem evocârunt, qui ad regni habenas admissus, res Magnas contra Russos gestit: sed undecimo regiminis anno *improlis* decedens Poloniam in novum *Interregnum* confecit; in quo iterum discordes Poloni, *Maximilianum* alii *Austrianum*, alii *Sigismundum III. Sveciæ Regem* ex Sigismundi Augusti sorore filium, resignârunt. Hic in potestate Regni permansit, represso Maximiliano, qui captus à *Zamoscio*, Regni Poloniæ Cancellario, regno renunciare coactus fuit. Sub hoc Rege, (mortuo Joanne III. Rege Sveciæ) *conjunctio Poloniæ & Sveciæ Regnorum* facta fuit Anno 1593. Cùm autem Sigismundus Catholicam in Sveciam Religionem reintroducere vellet, Sveci *Carolum Ducem Sudermanniæ*, patruum Sigismundi, gubernatorem constituunt, & denique Anno Christi 1599. Regno Sigismundo abrogato, Anno 1607. *Sveciæ Regem* Coronant. Regnavit Sigismundus III. Annos 55. post cujus excessum Anno 1632. *Vladislaus IV.* Princeps magni animi, quo sine prole extincto, post annum Regiminis decimum septimum *Joannes Casimirus* frater Rex creatur. Qui cùm inter varias turbas annos ferè 17. regnâsset, regno se abdicavit. Inde Poloni *Michaelem Coributum* Ducem in Wietznowiec Anno 1668. eligunt; post cujus fata Anno 1674. JOANNES TERTIUS (*Sobiescius*) hodie rerum potitus, feliciter imperat.

Conjunctio Regnorum Poloniæ & Sveciæ Non diu Durab.

CAPUT IV.
De Prussia & Livonia.

PRusfia confinis Poloniæ, *Magnus Ducatus* habitus est, & licet Regno Poloniæ unita olim fuerit, semper tamen antiquitùs *peculiare suum consilium publicum, peculiares leges, judicia, comitia, ararium ac belli gerendi rationem diversam habuit.* Regio sat ampla, opportunis maris Balthici portubus accommoda, urbium Illustrium, oppidorum, arciumque frequentiâ, incolarum divitiis claret.

§. I.
De Nominibus Prussiæ, Pruteniæ, Porussiæ &c.

NOmen autem Prussiæ variat. Dicta est antiquitùs *Prutenia*, & Prussi *Pruteni* & *Prutenii*: deinde abolito ferè nomine *Prusfi*, incolæ audierunt & *Prusci* Adamo Bremensi dicuntur *Pruzzi* & *Prutzi* & Terra *Pruzzia*. Petro à Dysburg *Pruschia* & incolæ, *Pruschi*. In veteribus monetis, *Pruci* & Terra *Prucia*. Sæpiùs audiunt *Borusfi* & etiam *Porusfi*, Teutonibus **Preussen**. Derivatio quoque Nominis variat. Et quidem *Prutenorum* nomen quod attinet. Sunt, qui vocem hanc Prutenus fingunt ortam à civitate quadam *Aprutis* nomine, ubi

Nomen Prussiæ variat.

Derivatio nominis Pruteniæ An à Apru tis nomine.

ne, ubi *S. Adalbertum* sangvinem suum fudisse refert *Marian.* Scot. ad ann. 995. n. 12. p. 449. quod cum nulla nitatur auctoritate, omninò rejicimus. *Erasmus stella*, vult Prutenos à *Bructeris* dictos esse, quasi *Bructenos*, quorum Princeps *Bructerus* (aliis *Potyrus*) *Princeps Vistulanorum & Prussorum*, cum *Julio* Cæsare bella gessisse fingitur. Cui consentit *Æneas Picolomineus Senens.* in statu Europ. sub Fried. III. c. 29. p. 74. tom. 2. Et *Jacob Spiegel. Henneberg* & alii. Verùm non placet hæc eorum sententia. *Bructerus* enim ad *Amasin* fluv. non ad *Vistulam* habitâsse, & à *Druso* superatus, imò à *Chamavis* & *Angrivariis* deletos fuisse innuunt, Strabo [i] & Tacitus. [k] Quare quod in Prussiam venerint, ibidemque consederint, sensato viro vix probabile est. Alii, id nominis à *Pruteno*, fratre Weidevuiti, primi Prussorum Principis & Legislatoris, qui itidem Prussos rexisse dicitur, deducunt, & ab eo Prutenos dictos esse autumant: sed quis ille fuerit, incertum est, uti & quando vixerit? Hunc alias *Stella* & *Kojolowicz* ad *Valentiniani* Imperat. R. *tempora* rejiciunt. *Guagninus* ad *Annum Christi* 503. Cæl. mislenta ad *Secul. XIII.* Me judice, *Prutenus*, quem Weidevuiti fratrem dicunt, fuit *assessor Judicii Prusfici* ejusque Weidewuiti *Consiliarius intimus*, à *Pruota*, i. e. *prudentia, sapientia*, dictus. Weidewuitis verò fuit ipse Princeps seu *Legislator*, dictus à *weida*, quod *lites* & *voitis*, quod *judicem* & *præfectum* denotat; fuitque, *Weidewuitis, litium diremptor*. Sunt qui Prutenos & Pruteniam nomina, deduci posse putant à *Prut. fluv. Moldaviæ*, scilicet ut Moldavia, à fluv. Moldav. Bosnia, à Bosna fluv. Sic & à Prut. Prutenia dicta est. Ita *Hartknochius.* [m] Et certe fluvius ille, Gothorum, (quibus nostros Prussos conjungit Antiquitas,) terras olim alluebat, ubi *Chotin* castrum, quod ad Gothorum nomen alludit spectatur. Unde meritò conjici potest, quòd hujus fluv. acolæ Pruteni dicti, sub Duce quodam ejusdem nominis, in has Prussiæ oras commigrârint. Accedit uti *Sarnicius* & ex eo *Sienenius* tradit, quòd ille fluvius, à Duce illius nominis *Prut.* dictus est. Quis autem ille Dux fuerit, non facile est conjicere. *Joannes Annius Viterbiensis* [n] alicujus *Pruti* meminit, qui creditus est *filius Scythæ, Noæ, ex Araxa* filiâ, *Nepos.* Num verò hic *Prutus*, ad fl. Prut. manserit, ac deinde in Prussiam migrârit: vel num ille Prutenus Prussici Weidewuiti frater, ex illis Wallachiæ oris, Baltiam versùs, huc descenderit, non facile dixerim. Liberum cuivis hac de re relinquo judicium. Sunt etiam alii, è quibus est etiam Hartknoch, qui suspicantur Prutenos dictos esse quasi *Poruthenos* i. e. *accolas & conterminos Ruthenorum* seu *Russorum.* Et hoc sensu alii, ut videtur Prussos vocare *Porussos*, i. e. *confines Russorum*, quod nomen alii leniùs efferunt, imprimis exteri. qui *Borussos* dicunt. *Po* enim Polonorum Prussorum Russorumque idem est quod Latinorum *ad* vel *prope* sic *Po*merani dicti *Pomorzani* i. e. *qui ad Mare*, vel *prope mare habitant.* Sic *Polabingi*, *accolæ fl.* i. e. *Albis.* Nomine autem Russorum seu Russiæ, non modo venit *Masovia* sed & *Lietvania* &

An à Bructeris?

An à Pruteno fratre Weidewuiti?

Sensus Auctoris de Pruteno.

An à Prut. fl. Moldav.

Prutus Annianus.

Pruthenі quasi Poruthenі.

Porussi, Borussi.

i lib. 7. Georg. k lib. 1. Annal: & lib. 16. c. 51. & lib. de morib. Germ. l Im alt und new Preussen pm. 666. m In Comm. lib. 2. Berof.

nia & *Zamogethia*, cum quibus Provincia Prussiæ conterminatur. Quod autem hæ Provinciæ, scilicet Lieto- & Zamogeth. sub nomine Russiæ Authoribus venerint, patet (1.) ex *Adamo Bremensi*, qui libro de situ Daniæ expresse dicit *Samlandiam, contiguam Ruzzis*. (2.) ex *Helmoldo*: [a] *Litus*, inquit, *Slavorum*, *incolunt nationes*, *quarum ab Origine primum Russi, deinde Poloni, habentes à septentrione* Pruzzos, *ab Austro Bohemos*. (3.) ex *Dietmaro Mersb.* [b] ubi agit de *Brunone* Episcopo consangvineo suo: *In duodecimo*, ait, *conversionis & inclytæ conversationis suæ anno, ad* Prussiam *pergens steriles hos agros studuit sermone divino fæcundare. Tunc in* CONFINIO DICTÆ REGIONIS ET RUSSIÆ *cum prædicaret*, *primò ab incolis prohibetur*, & *plus Evangelizans*, *capitur*. (4.) ex *Petro à Dysburg* part. 3. Chron. c. 2. Qui *Podlachiam* Provinciam, simpliciter vocat *Russiam* videatur suprà de Lietvania. Sed ut ad Prutenos nostros revertar, omninò mihi probatur eorum sententia, qui Pruteniam & Prutenos à *Pruota* i. e. *prudentia* derivant. Certum quippe est, (1.) Prussos vicinis gentibus longè sibi prudentiores visos fuisse & exinde illud nomen sibi adoptasse. Illa de prudentia præsumptio adhuc apud Nadravos Zalavonos, veros veterum Prussorum nepotes, adhuc vigere videtur, Cùm inter ipsos communissimum sit proverbium: *Item*! *Teutones mox evadent tam prudentes ac nos.* (2.) Patet ex *bellicis Expeditionibus*, quas pro *Nomine suo*, Pruteni olim susceperunt. Cum enim Masovii alludentes ad nomen illorum, *Brutenos*, & Prussos *Brutos* appellarent, scommate hi cognito, bellum ipsis intulerunt, & editâ multa Masoviorum strage, rem ita confecerunt, ut amplius sese non Prutenos, minùs Brutenos, sed *Prussos*, i. e. *præscientes* vocarent. Simon Grunaw. [c] Henneberg [d] similiter actum cum *Principe* quodam terræ *Brambergensis*, qui Prussos, quod imprudenter, nec satis circumspectè cum Polonis agerent, *brutos homines* appellaverat atque ideo à Prussis, largis licet illos muneribus placare contenderet, deletus est. De quo Hœmeisters Chron. [e] (3.) probabile est ex eo, quod hic in Prussia populus mutavit nomen suum. Nam primò dicti sunt Pruteni: ne autem exteri ex allusione vocis cavillandi occasionem desumerent, abolito Prutenorum nomine, se Prussos nominârunt, quasi *Præscientes*, quique res suas accuratè deliberatoque consilio faciant. Idem scil. Grunav.. c. l. Pruota enim *prudentia* & *intelligentia* est, à verbo *Prunta* i. e. *intelligo*, quod in futuro habet *Prussu intelligam*, inde *Prus* & *Prusi* i. e. qui bene intelligent. Obiter hic noto, quod quidam Prussorum nomen derivare volunt à *Prusia Rege Bythiniæ*, quem in has Prussiæ oras, mirè à Romanis vexatum, fugisse, & ab eo, incolas hujus terræ dictos fuisse Prussos referunt. Ita Dlugossij [f] videtur sentire. Præter hanc vocis allusionem adicit & hoc, quod *lingva Prussorum vetus*, cum *lingva Græca* conveniat. Ita enim ille: *Bythinii autem populi etiam in hanc diem* (in Prussia) *manent vestigia*, *quoniam nonnulli Pruteni priscæ lingvæ retinent vocabula*, & *ab Æolicis*, *Doricis*, *Atticis*

Prussia Russiæ olim contermina.

Podlachia, Russica Provincia olim.

Pruteni vox derivanda à pruota Gothico vocabulo.

Pruteni mutant nomen suum.

Prussiæ nomen non venit à Prussia. Rege Byth.

Lingva Prussica non est Græca deprava-vata.

K

a lib. 6. Chron. Slav. c. 1. b lib. 6. c. f. c Tractu 4. c. 1. Item. d Henneberg. in Tab. Pruss. comment. p. 352. e pm. 119 f tom. 1 hist. Pol. lib. 2. ad annum. 997. pm. 114.

Atticis & Jonicis populis competenter, intelliguntur. Cui quoque subscripsit *Matth. à Miechov.* [g] Hæc de lingva Græca conprobat etiam *Jodocus VVillichius* in Comment in Tacit. [h] Qui *Prusicam lingvam veterem, Græcam depravatam vocitat,* additque insuper, quod *ipse usu idem comperiret, quoties cum Prusis Græcissando locutus fuerit.* Hoc autem *à veritate quam longissimè disitum* esse, deducemus in tractatu de lingva Gothica. Quod autem *Prusiæ* Regis in Prussicas oras *fugam* attinet, omninò fabulosam dicimus. Quippe *Justinus* lib. 34. Hist. c. 4. memorat, Prussiam à filio, Regno exutum, etiam à servis desertum, & à filio interfectum esse. Livius [i] de hoc Prussia habet hæc: *Prusias Rex Bythiniæ* à *Nicomede* filio, *adjuvante Attalo Rege, occisus est.* Eadem habet *Strabo.* [k] Cæterum Nomen Prussiæ veteribus incognitum, circa *seculum* à reparata salute *decimum* eruditis demùm innotuisse videtur. Primus, qui ejus mentionem fecit, est *Anonymus* quidam, *S. Adalberti Prussorum Apostoli, vitæ scriptor*; coævus Adalberti, ad finem Seculi X. qui tractatus adscribi solet *Cosmæ Pragensi*; sed perperam: cum Cosmas Seculo XI. tempore *Ottonis III.* vixerit. *Surius* [l] meminit ibidem aliûs alicujus scriptoris, vitæ S. Adalberti, qui quoque Seculo X. vixit. Sequenti seculo, Prussiæ Nomen referunt *Diethmarus Mersburg.* [m] *Adamus Brem.* [n] *Helmold,* [o] qui vixit Seculo XII. Nomen istud Prussiæ vel Pruteniæ *notum* fuisse, puto ego, Seculo X. *non natum* aut tunc primò inditum; nam ante Seculum X. Prussos cum Polonis bella gesisse certum est, multasque Polonorum terras, tempore Piasti occupasse, quas iterum, successor *Zemovoitis* recuperavit [p] neque alio nomine terras Prussicas quam Prussiam vel Pruteniam appellatas fuisse, Annales Sarmatici atque inprimis Russici testantur.

Lapsus Willichii.

Prussiæ Regis interitus.

Nomen Prussiæ quando innotuit?

§. II.

De Terra Prussiæ, seu de ejus veteri Topographiâ.

TErra Prussiæ dupliciter considerari potest. 1mo. ratione *ambitûs illius Terræ,* quæ *speciali nomine Prusia* vocatur; 2do ratione *dependentium terrarum,* quæ ad illam Provinciam vel potiùs ad *Imperium Prusicum* pertinuerunt. Ad Prussiam hoc *2do modo* consideratam referebantur Provinciæ istæ: *Masovia, Pars Poloniæ, Zamogethia, Lietvania, Livonia, Rusia Nigra, Albæquæ* potior pars, utpote unum Monarcham Prussicum, eandem agnoscentes fidem, & religionem eandem profitentes. *Priori modo sumpta Prusia* habet ab *Oriente* Zamogethiam, Lietvaniam & Podlachiam, à *Meridie* Masoviam, Dobriniam, Ab *Occidente* Vistulam & Pomeraniam, à *Septentrione,* Mare Balthicum. Juxta numerum filiorum Weidewuiti *divisa* creditur Prussia in 12. *Ducatus. Primus* habitus est SAMIA, ad quam olim spectârunt non contemnenda territoria. *Valdau, Twangste,* nunc

Imperium Prussicum.

Situs Prussiæ propr. hic dictæ.

Prussiæ 12. Ducatus. Samia.

g lib. 2. Chron. Pol. c. 8. p. 25. h part. 1. c. 14. pm. 476. i lib. 50. k lib. 14. Geogr. l tom. 2. addit. 23. April. m lib. 6. Chr. c. f. n in lib. de situ Daniæ. p. 147. o lib. 1. Chron. Slav. p Herburt. lib. 1. Hist. Pol.

nunc Regiomontum. *Lokstait*, *Girmaw*, *Rudaw*, *VVargaw*, *Geilgarben*, *Pobeten*, *Beten*, *Laptaw*, *Schokaw*, *Tyraw*, *Medenais*, *Kaimen*, *Powunden*. *2dus Ducat.* NATANGIA. Hæc in varia divisa territoria antiquitùs; quorum nomina adhuc ab Authores notantur hæc: *Solidaw*, *Selumin*, *Gerdawen*, *Domnaw*, *Balgau*, &c. Præter hæc ab Ordine Teutonico ædificata Oppida: **Zinten/ Creutzburg/ Heiligbeil/ Friedland/ Schippenpeil/ Brandenburg.** 3. *Ducat.* ZALAVONIA; ubi antiqua territoria sunt: *Ragaine*, *Tisse*, *Labgaw*, *Taplawo*, *Zalova*, *VVindaw*, *Kleipeda*, i. e. *Memela* civitas. *4tus.* NADRAVIA ad quam, *Vilau*,[q] *Rettaw*,[r] *Cattaw*,[s] *Ottolich*,[t] *Camesvich*[u] & alia plura territoria, teste Dysburgio c. l. spectarunt. *5tus.* SUDOVIA, ad quam referebantur territoria: *Pokeimen*, *Keimenaw*, *Merininken*, *Krosfin*, *Ruisfin*, *Krissow*, *Selien*, *Kattigindo*, *Scurdo*, &c. *6tus.* GALINDIA, olim *Regnum*, cujus *Rex Jesugab* in Chronicis Prussicis celebratur. Hujus territoria quantum scire potui, non memorantur à scriptoribus, quod tempore adventus Ordinis Teutonici terra Galindica desolata sit reperta; jam vero referuntur arces & Oppida spectantia ad Galindiam: **Ortelsburg/ Rastenburg/ Neidenburg/ Passenheim/ Preüsch-Eulaw/ Lezen/ Lünenburg/** &c. *7mus.* Ducat. BARTONIA: olim divisa in tres Partes in *Magnani*, scilicet & *Parvam Bartoniam* & *Plikbartoniam*,[w] Primi Prussicarum rerum scriptores, non nominant veterum Bartonorum territoria, præter nominatas istas Provincias. *8vus.* VARMIA. Ubi præcipua territoria fuerunt *Honeda Glottinia*, &c. *9nus.* POJEZAMIA. Ubi **Elbing/ Braunsberg/ Tolkmit/** *Sopna*, &c. *10mus.* POMESANIA; ubi antiquitùs territoria reperta sunt: *Quedin*, *Pransler*, *Drogaw*, *Muker*, *Rogosow*, *Zanter*, *Resin*. *11mus.* CULMIA, ubi fuerunt territoria plurima, imprimis hæc eminuerunt: *Chelmo*, *Roggo*, *Schlemmo*, *Potto*, *Grodek*, *Starigrod*, &c. *12mus.* fuit LIETVONIS, & dicitur esse LIETVANIA, de quo superiùs jam egimus. Hanc Prussiæ divisionem, adhuc in usu viguisse Seculo à nato Christo XV. patet ex Casimiri III. Reg. Pol. Privilegio Prussis 1454. dato. Divisa quoque Prussia fuit in Terram Albam, Superiorem, Inferiorem, Posteriorem. Vid. lib. 1. c. 6. §. 5. pm. 73. quæ distinctio adhuc in usu est.

2. Natangia. 3. Zalavonia. 4. Nadravia. 5. Sudovia. 6. Galindia. 7. Bartonia. 8. Warmia. 6. Pojezamia. 10. Pomesania. 11. Culmia. 12. Lietvania.

§. III.

Hodiernæ Prussiæ Descriptio.

HOdiè Prussia dividitur in *Regalem & Ducalem*. In REGALI est. 1. VARMIA, subjecta Episcopo suo, qui est *Princeps Romani Imperii*, incorporata Regno Poloniæ, ubi Primaria Urbs est *Heilsberg*, *Residentia Episcopi*, *Frauenburg*, ubi Cathedrale Templum *Braunsberg*, ad Passariam sita, *Gutstad*, *Allestein*, *Resla*, *VVormit*, *Melsacum*, *VVartenberg*, *Seburg*. 2. CULMIA, ubi præter Episcopalia bona, Palatinus hic Culmensis possidet *Capitaneatus* sequentes: *Kowaliensem*,

Prussia est vel Regalis vel Ducalis. Regalis Prussiæ Provinciæ sunt. 1. Varmia. 2. Culmia.

q Dysburg. p. 261. r Id. p. 262. s Id. p. 262. t Id. p. 262. u Ibid. p. 263. w Dysburg. part. 9. Chron. c. 3. p. 72.

sem, Radzinensem, Grudentinum, Lipinensem, Golubensem, Pozkrywnensem, Brodnicensem, Bratianensem. III. Palatinatus MARGENBURGENSIS ubi Capitaneatus sunt seqq. *Marienburgensis, Christburgensis, Tolkmittensis, Stumensis.* Ad Prussiam *Regalem* refertur modò & POMERELLIA, seu *Palatinatus* POMERANIÆ in quo recensentur seqq. Capitaneatus, scilicet *Skarszeviensis, Tucholiensis, Kissoviensis, Pucensis, Novensis, Mirachoviensis, Hamersteinensis, Osiecensis, Sobovicensis, Jasienicensis, Parchoviensis, Bondzechoviensis, Svezensis, Kasczierynensis, Dirsoviensis, Gnievensis, Schluchoviensis.* Huc referunt quidam *Rogosnensem, Lonkoviensem* Capitaneatus.

3. *Pal. Marienburgensis.*

4. *Pomerania seu Pomerellia.*

Prussiæ Ducalis 3. Circuli.

Prusia Ducalis dividitur in *tres Circulos*, nimirum *Samlandensem, Natangensem,* & *Superioris Prusiæ Circulum.* German. **der Oberlandische Krayß.** In SAMLANDENSI sunt Capitaneatus: *Schacensis, Fischausensis, Tapiavensis, Neuhausensis, Labiavensis, Insterburgensis, Tilsensis, Ragnitensis, Memelensis.* In NATANGENSI Circ. sunt Capitaneatus: *Brandenburgicus, Balgensis, Preusch-Eulowiensis, Bartensteinensis, Rastenburgensis, Olecensis, Bartensis, Angerburgensis, Liccensis, Jorammerburgensis, Reinensis, Lotzenensis, Sestensis.* In SUPERIORIS PRUSSIÆ Circulo sunt, Capitaneatus: *Hollandensis, Lipstadiensis, Preuschmarcensis, Osterodensis, Hoensteinensis, Marienwerdensis, Risenburgensis, Neideburgensis, Soldaviensis, Ortelsburgensis.* Inter hoc Capitaneatus eminent præ cæteris: 1. *Brandeburgensis,* cujus Capitaneus dicitur. *Director Terrarum Prusiæ.* 2. *Schacensis,* cujus Capitaneus dicitur *Advocatus Terrarum Prusiæ* 3. *Fischausensis,* cujus Capitaneus vocatur *Advocatus Fischausensis.* 4. *Tapiavensis,* qui est *Custos quasi Archivi Prusici.* Ex his Capitaneis plerumque eliguntur *Supremi Supremi Regiminis Consiliarii,* vulgo **die Regimentß Räthe.**

1. *Samlandensis.*

2. *Natangensis.*

3. *Superioris Prussiæ.*

Insigniores Capitaneatus Prussiæ.

Præter hos Capitaneatus sunt adhuc alii, viris Illustribus, *iure hæreditario* collati. Ii sunt: *Gerdavensis* Cap. & *Nordenburgensis* Cap. Illustriss. Dominis à *Schlieben. Gilgenburgensis* Illust. Dn. *Finken à Finkenstein. Morungensis* Illustrissimis Dominis à *Dohnav.* & alii.

§. IV.
De Principibus Prusicis.

ANte Cruciferorum tempora, *Pontifices Maximi, Krywe Krywaicziu* dicti Auctoritate ferè Regia rexerunt Prussiam, apud quos *jus belli & pacis* fuit, quorum Catalogum, cum & Lietvaniam gubernarint, in cap. 2. §. 7. retulimus. Præter hos fuerunt in Prussia *Principes* & *Reguli,* quorum Catalogus dari nequit, de quibus in Deliciis meis. *Ordinis Cruciferorum Teutonici Magistri Generales,* sub quorum Imperio Prussia fuit, sunt sequentes:

Catalogus Magistrorum Ordinis Teutonici Generales.

1. *Hermanus de Salza* qui *primus* Prussiam intravit ✠ mortuus, 1240. die 24. Julii. Nicol. Jeroschin.
2. *Henricus de Hohenloh,* quem Chronici plerumque omittunt. *Hartknoch.*

3. Conra-

3. *Conradus Landgraw. Thuringiæ.* ✠ 1252. Marburgi *Henneberg.*
4. *Popo de Osterna.* ✠
5. *Hanno de Sangethausen.*
6. *Hartmannus de Heldrungen.*
7. *Burchardus de Swenden.*
8. *Conradus de Feuchtwangen.*
9. *Godfried de Hohenloh.*
10. *Siegfriedus de Feuchtwangen*, qui primus *sedem* in Prussiam transtulit ✠ 1312. Marienburg.
11. *Carolus Beffart de Treviris* ✠ 1324. Treviris.
12. *Vernerus de Urselen* ✠ 1330. die 18. Nov.
13. *Luderus Dux Braunswig.* ✠ 1335. Regiomonti.
14. *Dietrich Com. de Oldenburg.* ✠ 1341. 15. Julii Marieb.
15. *Ludolphus König de weiczau.* ✠ 1346. Engelsb.
16. *Henricus Dusener de Arfberg.* ✠ 1351.
17. *VVinricus de Kniprode* ✠ 1382. 24. Junij. Marieb.
18. *Conradus Zolner de Rotenstein.* ✠ 1390. 21. Maj. Kristburb.
19. *Conrad. Tiberius à VVallend.* ✠ 1394. 25. Julij. Marienb.
20. *Conradus à Jungingen.* ✠ 1407. 30. April. Marienb.
21. *Ulricus à Jungingen.* ✠ in pugna Tannebergensi cœsus 1410. 15. Iulij.
22. *Henricus Reus à Plauen.* ✠ 1413. in Carcere Lochstet.
23. *Michael Kuchmeister à Sternberg.* ✠ 1422. Dantisci.
24. *Paulus Belitzer de Rusdorf.* ✠ 1440. 29. Dec. Marienb.
25. *Conradus de Erlingshausen.* ✠ 1449.
26. *Ludovicus de Erlingshausen*, cujus tempore *Prussia* se Regi Pol. subjecit.
27. *Henricus Reus à Plauen.* ✠ 1470. 2. Jan. Morung.
28. *Henricus Reffle à Richtenberg.* ✠ 1477. 17. Febr. Regiom.
29. *Martinus Truchses à VVetzhausen.* ✠ 1489. 5. Jan. Regiom.
30. *Joannes de Tieffen* ✠ 1499. Leopoli in Russia.
31. *Fridricus Dux Saxoniæ* ✠ 1513. 12. Dec. Rochlitz.
32. ALBERTUS MARCHIO BRANDENB. ultimus Magister Teuton. Ord. *Primus Dux Prussiæ* ✠ 1568. 20. Martii Tap.
33. ALBERTUS FRIEDRICUS March. Brandeb. ✠ Dux Prussiæ, qui cum animo æger esset, administravit per Gubernatores 1. per *Georgium Marchionem Brandeb.* & post hujus fata, 2. per *Joachimum Friedricum* Electorem Brandeburgicum. ✠ 1616.
34. JOANNES SIEGMUND. Elector Brandeb. ✠ 1619.
35. GEORG WILHELM. Elect. Brandeb. ✠ 1640.
FRIEDRICH WILHELM. Elect. Brandeb. SUPREMUS DUX IN PRUSSIA. ✠ 1688.
37. FRIEDRICUS Elect. Brand. SUPREMUS DUX IN PRUSSIA, hodiè feliciter Imperat.

Primus Dux Prussiæ Vasallus Regni Poloniæ.

Friedrich Wilhelm Supremus Dux in Prussia primus

Præter hoc Magistros Ordinis Teutonici Generales per aliquot annos fuerunt *Magistri Ordinis Teutonici Provinciales.* Horum Catalogus est:

Catalogus Magistrorum Ord. Teutonici Provinciales.

 1. *Her-*

1. *Hermannus Balck.* Electus 1230. ✠ 1233.
2. *Poppo de Osterna.* El. 1239.
3. *Henricus de VVeida.* El. 1246. ✠ 1250.
4. *Friedricus de Fochsberg.* Hunc Grunovius habet, cæteri Chronologi omittunt.
5. *Ludovicus de Queden. Grun.*
6. *Gerdo de Hertzberg.* El. 1254.
7. *Helmrich de Goltbach.*
8. *Hermannus de Kali.*
9. *Hermannus de Gruntbach.*
10. *Helmricus de Reichberg.* El. 1259.
11. *Ludovicus de Balderscheim.* El. 1265.
12. *Theodoricus de Gadesleben,* El. 1271.
13. *Conradus de Thierberg.* El. 1274. *Senior.*
14. *Conradus de Feuchtwangen.* El. 1279.
15. *Mangold. de Sternberg.* El. 1280.
16. *Conradus de Thierberg.* Fl. 1282. Junior.
17. *Meinhard. de Quernfurt.* El. 1288.
18. *Gotfriedus.* Hunc habet *Funkius.*
19. *Ludovicus de Schippen.* El. 1289.
20. *Martin de Gollin.* Intrepidus dictus. *Funk.*
21. *Helwich de Goltbach.* El. 1300.
22. *Conradus Sak* El. 1301.
23. *Henricus Comes à Plocko.* El. 1307. ultimus Provinciæ Magister, postea dictus *Commendator Magnus.*

§. V.

Quâ ratione Terra Prussiæ, præcipuè Culmensis Ordini Teutonico tradita sit.

Culmia Ordini Teutonico concessa.

MIra est in Historia Polono-Prussica perplexitas apud Authores utriusque gentis, *quâ ratione, quove Jure, Ordo Teutonicus Terram Culmensem & alias obtinuerit à Conrado* Duce Masoviæ, & aliis, cum pars hæc, jure omnia facta fuisse contendat, altera neget: Pars hæc sub conditione traditam Prussiam dicat, altera contrarium defendat. Congruum omninò & ad tollendas perplexitates accommodum reputamus, si amico Veritatis & Antiquitatis Lectori, communicaverimus, *diplomata illa & Actitata,* quæ inter *Conradum* Ducem Masoviæ & *Christianum I.* Episcopum Prussiæ: inter *Episcopum Plocensem, Principes Masoviæ & Ordinis Teutonici Magistros,* intercesserunt; quæ quidem pro *perditis* habita sunt, nobis autem in MS. visa, olim à Nobilissimo Domino *à Bretchem,* Proavo meo, reperta, ac cum illis scriptis, in *Archivo Prussico* fideliter collata, concordare attestor.

Res ita se habet:

Anno Christi 1222. Ipsis Nonis Augusti, *Conradus* Dux Masoviæ li-

viæ liberrimè *cessit partem aliquam Territorii Culmensis Christiano I. Episcopo Prussiæ*, cum utilitate libera, & cum *jure Ducali*, in remissionem peccatorum suorum, pro eô, quod aliquot Principes ex Germania, contra Prussos in Prussiam adduxerit. Diploma est tale: « *Ego* CONRADUS DUX MASOVIÆ ET CUJAVIÆ, *notum facio omnibus fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, quod Venerabili Domino* CHRISTIANO EPISCOPO PRUSSIÆ PRIMO & *suis successoribus, pro eo, quod* H. Ducem Silesiæ L. L. Wratislaviensem L. L. Lubescensem *Episcopos Cruce signatos, & eorum Barones, cæterosque Cruce signatos versus Prussiam, ad petitionem meam, meorumque Baronum, Castrum Culmen, per multos annos à Prutenis destructum, & totaliter desolatum reædificare cum ejus bona voluntate permisit, partem prædicti Culmensis territorii, quondam castra Graudentz, VVabsko, Koprinen, VVillisas, Colno, Ruch, Rysin, Glamboki, Turne, Pin, Ploch, cum omnibus eorum villis & attinentiis*, CUM UTILITATE LIBERA *& cum* JURE DUCALI, *in remissionem peccatorum meorum liberrimè donavi. Dedi etiam sibi, in eodem Dominio Culmensi* centum villas *ac possessiones & hæreditates cum earum attinentiis, jure prædictorum Castrorum, quarum possessionum & villarum, villas istas ad præsens confero, videlicet,* Coselko, Narorsine, Mirsche, Harnese, Volmuno, Ostromeres, *& omnes villas, quas* Comesyro *circa Colmen habuit,* Samko-lenis Croscino, Pasceno, Wezwyno, Wnyslaw, Benkono, Glonino, (*Glommo*) Polansche, Nenaugencz, Nedalyno, Crobno, Tuseph, Kelź, Dambens, Selnovis, Postolko, Pomzino, Duc, Pojesib, Ceredche, Unizhe, Parchenne, Gelencz, Gleszowar, Ostrowich, *omnesque hæreditates meas, circa* Loram, *cum earum attinentiis, & omnes villas meas, circa sylvam* Gruch, *cum ipsa sylva* Gruch, *& omnes meliores villas meas & hæreditates, cum earum attinentiis, usque ad* Centum Hæreditates *in Culmensi Terra, cum omni libertate contuli. Ut autem prædicti Episcopi Prussiæ ad reædificandum Castrum Culmen, bona voluntas ac consensus accideret, Reverendus Dominus* GECHKO *Episcopus Plocensis, cum suo Capitulo de* Tarnowo & Papawo *& de omnibus villis & possessionibus & de,* omni jure, tam spirituali, quam temporali, *quod idem Episcopus & suum Capitulum in prædicto Culmensi dominio, olim habuerunt, videlicet, ab eo loco, ubi* Drevanza *de Prussia egreditur, juxta terminos Prussiæ in* Ossam *& sic inferiùs per Ossam in* Vislam, *& sic per Vislam* Sursum ad Drewanzam, *& sic per* Drewanzam *sursum ad locum, ubi Drevanza egreditur de Prussia ad Episcopatum sæpe dicti Episcopi, resignârunt. Præterea autem in castro Culmensi* CURIAM PROPRIAM, *& quicquid ad Dominium Culmensis Territorii pertinet, exceptis bonis prædictis, quæ supradictus Episcopus Prussiæ ibi habet, aut impoſterum, quôcunq; justô modô aut emptione, à fidelium donatione habiturus est; quicunque Terram Culmensem habuerit omnes proventus ipsius Terræ cum Episcopo Prussiæ dimidicabit. Insuper* decimam temporalium *de parte sua Episcopo Prussiæ dabit,* excepto Duce Silesiæ H. *qui faciet cum Episcopo, secundum quod iis duobus visum fuerit expedire. Ne itaque mea & supradicti Episcopi Plocensis*

Christiano I. Episcopo Prussiæ, pars Terræ Culmensis concessa.

&

& sui Capituli donatio, impofterum, quod absit, Duci possit in irritum, ipsam præsentis scripti attestationem tam mei sigilli, quam etiam Plocensis Episcopi & sui Capituli, nec non Illustrium Ducum LL. Poloniæ & *H. Ducis Silesiæ & Venerabilium Patrum V. Gnensi Archi-Episc. consentiente. J. Cracoviens. P. Pozanans. V. VVratislaviens. L. Lubescens. M. Cujaviæ eorum Sigillorum impressione, dignum duxi roborare, imò & aliis testibus subnotatis: Gothardo Cancellario Mazoviæ, Nicolao Cancellario Cracoum. Arnoldo Mazoviæ: Marco Cracoum: Jacobo Sandomiriæ, Birscone VVratislaviæ Palatinorum. Paccoslao, Cracoum, Mistwino Sandomiri: Ostasio VVisliciæ, Clemente Plocinens. Theodoro Crusviac. Mauricio VVladislav. Soboslao VVratislav. Stephano Poleslav. Petricone Lenciniæ Castellanorum. Acta sunt hæc in Lonys, Anno ab Incarnatione M. CC. XXII. Nonis Augusti, regnante Domino Nostro JESU Christo.*

Hoc diploma in Originali produxit *Ludovicus Balderschein*, Provincialis Prussiæ Magister, coram *Anshelmo Episcopo VVarmiensi* Anno Christi 1264. Mense Febr. de quo in *Archivo Regiomontano.*

Anno 1228. Nono Calend. Maj. cum Ordo Teutonicus Prussos invadere promisisset, promisit quoque Conradus Dux Masoviæ Ordini Teutonico *Terram Chelmensem (Culmensem.)* Diploma tale est: *In Nomine Domini.* Amen. *Nos* Conradus Dux Masoviæ & Cujaviæ. *Notum facimus, tam præsentibus quam futuris, quod Hospitali S. Mariæ Domus Teutonicorum Fratrum Jerusalem, pro salute animæ nostræ & Parentum nostrorum,* TERRAM CULMEN. *cum omnibus attinentiis suis, tam in aquis quam in agris & nemoribus, nihil utilitatis, nobis reservantes, vel in futuro sperantes, &* Villam Orlaw *nuncupatam in Cujavia jacentem contulimus in perpetuam proprietatem, integraliter possidendam, omnium hæredum nostrorum accedente consensu. Sed ne vetustas Mater oblivionis, hanc nostram Collationem irritum faciat, duximus illam Fratrum nostrorum, omnium Ducum Poloniæ nec non Episcoporum & testium, qui prædictæ Donationi interfuerunt,* subscriptione roborare. *Quorum hæc nomina sunt: Dominus* Michael *Episcopus Cuiaviensis: Dominus* Guntherus *Electus Plocensis. Comes* Arnoldus, *Palatinus Cujaviensis, Comes* Zechæy *Judex Curiæ.* Stephanus *Frater ejus. Comes* Thomas, *Castellanus* Brefezk, *Comes* Golub, *Comes* Andreas, *Comes* Mauritius *Venator,* Albertus *Frater eius. Comes* Patrik Agazo, *Comes* Thomas, *Comes* Krywożudus, Grimislaus, *frater ejus* Ioannes *Subcamerarius,* Albertus Subagazo Ziros, *Subpincerna,* Nicolaus Cesmż, Ztralek, Boguslaus, Bognadus, Boguslaus Dominus Gregorius *Subcancellarius,* Jacobus *Presbyter,* Nicolaus, Nicul, Anshelmus. *Datum in Beze. Anno Incarnationis Dominicæ.* M. DC. XXVIII. *Nono Calendar Maji.*

Ordini Teutonico Terra Culmensis cessa.

Eodem anno *Christianus I.* Episcopus Prussiæ confert militibus Ordinis Teutonici *Decimas* in territorio Culmensi, in iis bonis, quæ Dux Masoviæ ipsis, Salvo jure Episcopali, conferre potuit. Diploma est hujus tenoris.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Christianus, Primus

Primus Prutenorum Episcopus, *notum facio universis, tam præsentibus, quam futuris, quod contuli militibus de Domo Theutonicâ, pro defensione Christianitatis*, Decimam, in territorio Chelmensi, *in iis bonis, quæ Dux Conradus Mazoviæ & Cujaviæ prædictis militibus, salvo jure nostro, licitè conferre potuit. Acta sunt hæc Anno ab Incarnatione Domini MCCXXVIII. 5. Non. Maj. in Domo Ordinis Cisterciensis, quæ vocatur* Clara Tumba, *præsentibus* Abbate primo ejusdem loci, *Priori & Conventu, & Fratribus, de Domo Teutonica, Philippo de Halle* & *Henrico Bohemo, Conrado Mœcho, Legatis Prusſiæ.*

Eodem Anno mense Julio cessit ipse Dux *Conradus* Ordini Teutonico, ut militaret contra Prussos, more Livonensi *Terram Dobrzyn; cum spatio terrarum, quæ continentur intra Rivulos Chamenzam & Cholmenczam usque ad terminos Prussiæ* & alia. *Terra Dobrzyn Ordini Teut. cessa.*

Privilegium hujus Cessionis est:

In Nomine Domini Nostri JESU Christi Amen.

NOtum *sit omnibus, præsentem literam inspecturis, quod* Ego, Conradus Dux Masoviæ & Cujaviæ, *filiis meis* Boleslao Kazemiro, Semovito, *bona ac spontanea voluntate consentientibus, intuitu DEI & salvationis animæ meæ, & provinciæ Mazoviæ, contuli Magistro Militum Prusſiæ & fratribus eius militaturis contra Prutenos, more Livonensi, Castrum* Dobryn cum spatio Terrarum, quæ continentur, inter hos duos rivulos Chamenczam, & Cholmenczam; usque in Prussiam; HÆREDITARIE, SUB PLENO JURE LIBERTATIS *ab eo & successoribus eorum, perpetuò possidendum, cum parte villæ, quæ vocatur* Quercus ultra Vislam. *Contuli etiam eis villam ante Juvene VVladislae, quæ vocatur* Sedlce. *Absolvi etiam eos ab* omni solutione theloniorum, *ubicunque pertransierint sive per terram, sive per aquam. Statuimus etiam quod nullus habeat* jus judicandi inhabitatores earundem terrarum, *nisi iidem fratres*, exceptâ tantùm familia Ducis. *Ego quoque* Guntherus Ecclesiæ Mazoviensis Episcop. *cum consensu Fratrum meorum, cessi eisdem fratribus de Villa Ecclesiæ meæ in Dobryn, & cum Insula magna ei pertinenti. Cessi, quod erat de decimis superdictarum terrarum, quas excoluerint viri linguæ Teutonicæ*, exceptis duntaxat cultoribus Polonis. *Nos quoque* Canonici Ecclesiæ Vladislaviens. *pro* Cambio, *quod Dux Conradus nobis fecit, cessimus eisdem fratribus, de omni jure, quod habebamus in Villa* Wissyn *& ejus attinentiis. Acta sunt hæc publicè in ripa fluminis dicti VVislæ contra civitatem Plocko Anno Incarnationis* MCCXXVIII. *Mense Julio, IV. Nonar. ejus Mens. Festo Odabriæ eo die occurrente. Testes vero hujus facti sunt:* Michael *Episcopus Cujaviensis*, Mikul artizup *Magister.* Joannes Dobroslaus, *Magister* Petrus, *Canonici Ecclesiæ Plocensis.* Gothardus *Cancellarius*, Gregorius *Subcancellarius*, Joannes *Abbas Beati Adalberti Plocensis*, Venceslaus *Abbas*, Gerhardus *Præpositus*, Petrus *Prior Chirwensis Ecclesiæ* Bogussa, *Palatinus Masoviæ*, *Comes* Arnoldus, Ceteus *Judex*, *Episcopi Masoviensis Cessio.*

dex, Abraham *Pincerna*, Martinus *Dapifer*, Vitus *Castellanus de Plonz*, Matthæus *Castellanus de Ratceris*, Soguta *Dapifer*, Barta *Succamerarius*, Adalbertus *Castellanus de Antiqua VVladislaë & alii nobiles quam plures. Ne vero aliquis imposterùm contra has donationes ritè celebratas, aliquatenus venire præsumat, Formam ipsarum conscribi & Sigillorum nostrorum de communi consensu fecimus corroborari.* &c.

Anno 1230. Idem Dux *repetit Donationem* illam promissam Ordini Teutonico, sequenti Diplomate:

Repetitio donationis Conradianæ.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Conradus, Divina miseratione Dux Masoviæ & Cujaviæ, *cunctis præsentibus & futuris præsens scriptum inspecturis, notum esse volo, quod intuitu Divinæ retributionis, meæque salutis animæ & propter defensionem fidelium uxore meâ Safiâ, filiisque meis, Boleslao, Kasemiro, Semevito, Seminisl. consentientibus. Dedi Beatæ Mariæ & fratribus de Domo Teutonicâ* totum ex integro Chelmense territorium, cum omnibus suis appendiciis; ab eo loco, ubi Droanca egreditur terminos Prussiæ per ipsum fluvium usque ad Vislam, & per Wislam usque ad Ossam, & per Ascensum Ossæ usque ad terminos Prussiæ *in perpetuum possidendum, cum omni utilitate & omnimoda libertate, & jure eorum quæ esse possunt in Terra, ut est aurum, argentum, cæterorumque metallorum genera, Castores aliæque venationes, quarumcunque ferarum sive in aquis. Aquarum vero decursibus, foris, moneta, theloneis & in cæteris, quæ scribi solent in privilegiis. Promisi etiam, ut quicunque prædictos fratres impedierit, in præfata possessione, quod ego tota mea virtute defendam eos. Ipsi quoque Fratres, cum omni fidelitate promiserunt mihi cunctisque meis hæredibus, secundum DEUM & eorum posse, contra inimicos Christi & nostros, videlicet omnes paganos sine fucatione, & omni simulatione*, etiam uno eorum superstite *unà nobiscum omni tempore fore militaturos. Testes donationis hujus & promissi sunt*, Michael *Episcopus Cujaviensis*, Christianus *Episcopus Prussiæ*, Pacozlanus *Senior, Comes Dirsurag*, Nicolaus *Cancellarius, Magister* Joannes *Cancellarius*, Gregorius *Subcancellarius. Ne igitur hæc* Donatio *tam utilis & necessaria aliquorum calliditate & versutia irritari valeat, sed potius integra permaneat & inconvulsa, ipsam testium inscriptione, meique sigilli & eorum appensione sollicitè curavimus præmunire. Acta sunt hæc Anno incarnationis Dominicæ M. CCXXX. Ego* Guntherus *Episcopus Mazoviæ subscribo.*

Eodem anno, idem *Conradus* Dux confert reipsa *totam terram Culmensem* eidem Ordini in veram ac perpetuam hæreditatem, pleno jure cum omni utilitate, quam donationem *Alexander* Pont. Max. confirmavit, sequenti Privilegio:

Confirmatur Donatio ab Alexandro P. M.

ALEXANDER EPISCOPUS, *Servus Servorum DEI, dilectis filiis meis & fratribus Hospitalis S. Mariæ Teutonicorum Jerusalem salutem & Apostolicam Benedictionem. Pietati proximum & rationi consentaneum arbitramur, ut vobis, qui voluptatibus seculi derelictis, tollentes crucem, secuti estis DEUM crucifixum, omnem, quam cum DEO possumus favoris gratiam liberaliter impendamus, præsertim, cum*

nos,

nos, licet immeriti vices ejusdem Domini geramus in Terris, qui sua vestigia sequentibus perennis vitæ præmia largietur in cœlis. Hinc est, quod sicut vestro relatu didicimus, cum ad Prussiæ partes, Salvatoris virtute præambula procedentes, in Terra, nomine Culmen, quam à Christianis, longis retro temporibus habita, tam prædecessoribus claræ memoriæ Conradi Duci, Poloniæ durantibus in eadem. Idem Dux vobis pro salute sua & fidelium, in confinio dictarum partium, positorum pia liberalitate donavit, prout in ejusdem privilegio super hoc confecto, plenè perspeximus contineri, constructis per vos castris & villis, non absque multis laboribus & expensis. Et Prutenorum impetu, Divina propitiante gratiâ refrenato, ac dictorum salute procurata fidelium, quos à multis temporibus conflixerat eorundem insania Prutenorum, Prussiæ Partem Christiano Nomini reddideritis subiugatam. Nos ad instar felicis recordationis B. Papæ, prædecessoris nostri volentes, ut pro ejusdem acquisitione Terræ, eo pleniùs vester animus invalescat, quo vos & existentes ibidem fidei Catholicæ Professores à nobis obtinebitis gratiam specialem, quod à vobis, suffragante exercitu Christiano, jam de ipsa Terra, Actore Domino, noscitur acquisitum, in jus & proprietatem B. Petri suscipimus, & eam sub speciali Apostolicæ Sedis protectione ac defensione perpetuis temporibus permanere sancimus, ipsamque vobis ac Domui vestræ, cum omni jure & proventibus suis concedimus in perpetuum liberè possidendum. *Ita ut per vos & alios dicta terra nullius unquam subjiciatur dominio potestatis. Quæ verò in futurum, largiente Domino, insistendo defensioni Christianitatis de terra paganorum, in eadem Provincia, vos contigerit adipisci, firma ac illibata vobis vestrisque Successoribus,* sub jure & proprietate Sedis Apostolicæ, *eodem modo statuimus permansura. Cæterum in eadem Terra, dispositioni Sedis Apostolicæ reservamus, ut per ipsam, cum vos propitiatione divina annuente, oblata ejusdem Terræ spacia contigerit obtinere ac de ipsius statu per vos pleniùs fuerimus informati, ordinetur* de constituendis in ipsa Ecclesiis & instituendis ibidem Clericis, Episcopis & Prælatis aliis, nec non de providendo, *quod idem de Terra præfata congruam habeant portionem. Et quod permissiones & portiones, quas præsentibus habitatoribus ejusdem Terræ fecisse noscimini, aut futuris facietis imposterum à nobis valeant observari.* Et *quod* in recognitionem Dominii & perceptæ à Sede Apostolica libertatis Ecclesiæ Romanæ census annuus præsolvatur, *sicut in Domino ad honorem Ecclesiæ & utilitatem nostram visum fuerit expedire. Tenorem autem prædicti Privilegii vobis à præfato Duce concessi, de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari; qui talis est:*

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen! Quoniam juxta verbum viri sapientis, generatio præterit, & generatio advenit, nihilque stabile & permanens est, sub sole vanitati & mutabilitati subjacent universa, ne labentibus cum annis rerum magnificè seu utiliter gestarum labatur pariter & aboleatur memoria, munificentias &c. libertates, præsertim in pias causas & loca religiosa collatas, scripturâ convenit perpetuari, quæ non solùm omnem emergentem imposterum

Donatio Conradi Duc. Masoviæ, & de hac donatione Privilegium.

rum præcidat & tollat ambiguitatem, verùm etiam universis, ad quorum notitiam pervenerit, laudabilis & imitatione digni exempli speciem repræsentando commendet, & ad similia imitanda accendat. Cum enim omne datum optimum & omne donum perfectum desursum sit à patre Luminum descendens, qui dat omnibus affluenter & nemini improperat, hominibus concedens temporalia, non ut placeant aut delectent, quæ in sui naturâ vana, vaga sunt & corruptibilia, sed tanquam semen & materia ad exercenda misericordiæ opera, benignè subministrans. Oportet diem extremæ messionis, quando omnes simul in unum, dives & pauper stabunt ante Tribunal districti judicis, rationem de omnibus gestis strictissimè reddituri, operibus charitatis prævenire, in hujus vitæ viâ seminandâ, quod tunc metatur in patriâ, quando in exultatione reportabuntur manipuli bonorum operum, cum fructu centuplato. Ea propter *Ego Conradus Divina miseratione Dux Masoviæ & Cujaviæ*, cunctis præsentibus & futuris, scriptum præsens inspecturis, notum esse volo, quod cum Pruteni & alii Christiani nominis inimici, *magnam partem Terrarum mearum* ipsis adjacentium deprædationibus, incendiis tam Ecclesiarum, quam aliorum locorum, interfectionibus ac captivationibus virorum, mulierum & permultorum, peccatis hominum, qui altissimum in suis vanitatibus irritaverunt exigentibus, miserabiliter divina permissione vastaverint, eorumque qui Christum oderunt, semper ascendens & super ascendens superbia invaluerit, adeo ut nec adhuc ipsum in membris vivis persequi cessent, aut desistant; non solùm res, imò magis ipsum sangvinem fidelium, inter infinitas & horrendas auditu & dictu abusiones, quas in contumeliam exercent Creatoris, sitientes, sperans per viros religiosos manum Domini, quæ nos tetigit, & flagellum indignationis suæ placare, ejusque favente gratiâ, qui suis adesse consvevit per Christi milites, quorum spes, virtus & gloria DEUS est, brachium fortitudinis Saracenorum conterendum, salutis animæ meæ ac meorum, æternæque retributionis intuitu, ac ob defensionem fidelium in Polonia, *uxore mea Agasia, filiisque meis Boleslao, Casimiro, Zemovito, expressè de bona & spontanea voluntate consentientibus, accedente quoque consilio & consensu Episcoporum, Magnatum & Majorum Terræ meæ* dedi & contuli Hospitali S. Mariæ Domûs Teutonic. & fratribus ejusdem, damus *totum & ex integro Culmense territorium, cum omnibus suis attinentiis*, ab eo loco, ubi Drivenca egreditur Terminos Prussiæ, & per decessum ejusdem fluminis usque in Vislam, & in decessu Vislæ, usque ad Ossam, & per ascensum Ossæ usque ad terminos Prussiæ, in veram ac perpetuam proprietatem possidendum, pleno jure, cum omni libertate, fructu & utilitate, totam terram, cum aquis, aquarumque decursibus, stagnis, paludibus, montibus vallibus, saltibus, nemoribus, sylvis, arbustis, pratis, pascuis omnibus cultis & incultis, viis & inviis, cum omnium eorum *libera & plena utilitate & fructu, quæ in prædictis omnibus sunt vel fuerint inventa, apparentia, vel inculta, & specialiter sive aurum, sive argentum, vel alia quæcunque species æris vel metallorum aut gemmarum*, fontes vel

venæ

venæ salis & quiquid omninò in Terrâ vel supra, vel in aquis inventum fuit, Castores & omnes venationes quarumque ferarum, *piscationes* quoque piscium omnis generis, cum ipsis aquis prædictis, & omni eorum proventu & utilitate *in piscationibus, navigiis, passagiis, pontibus, molendinis & insulis cum villis & castris, oppidis, grangiis, foris, monetis, pedagiis, theloneis terrarum & aquarum, & omnino cum omnibus contentis*, intra limites prædictos & pleno jure & integra libertate, ipsorum etiam limitum, sine qualibet diminutione, *cum omni honore & jurisdictione, perfecto ac vero Dominio, proprietate ac possessione omnium prædictorum*, & aliorum omnium, quæ in privilegiis largitionum, in favorabiles quaslibet personas vel loca, in favorem, commodum & cautelam eorum, quibus confertur, conscribi solent aut possunt, ita ut beneficium meæ collationis, *largissimam ad omne commodum honorem & utilitatem domûs & fratrum eorum recipiat interpretationem.* Nihil prorsus juris, utilitatis, advocatiæ, patronatûs, vel cujuslibet alterius juris, ditionis aut potestatis, quocunque nomine censeri possit vel appellari, mihi hæredibus vel successoribus meis, in omnibus supradictis, vel quolibet eorum retinens aut reservans, sed omnia ea, cum libertatibus & pleno & integro jure, sine omni dolo, fraude, raptione ac raptiositate, sine diminutione, ac coarctatione, *cum bonâ & exuberante fide, & largissimo intellectu*, Domui & fratribus memoratis contuli, & collata recognosco, me hæredes & Terram meam obligans & teneri volens de vinctione. Præterea quiquid de personis vel bonis omnium Saracenorum, captivatione, deprædatione, extorsione, occupatione vel subjugatione, mobilium sive immobilium terrarum vel aquarum, atque omnium in eis contentorum, quolibet modo fratres prædicti adipisci potuerint, cum omni & integro jure ac libertate superius præmissæ donationis, nulla prorsus diminutione, coarctatione vel impedimento ipsis à me, hæredibus meis, vel quolibet alio, quem nos prohibere vel coarctare possumus, præstando vel procurando eisdem concessi, cum vera proprietate & perfecto Dominio, quiete possidendum; et in hoc consensi, *cum uxoris meæ, filiorum meorum, Episcoporum, Baronum & Magnatum Terræ meæ consensu*, contra omnem hominem ad observationem & defensionem omnium supradictorum, secundùm omne posse & totas vires meas, eisdem auxilium & consilium bona fide promittens omnes hæredes ac successores meos & terras meas obligans mecum & astringens, ad *ratihabitionem, observationem & conservationem donationum, concessionum, obligationum & promissionum omnium supradictorum.* Fratres quoque prædicti bona fide repromiserunt mihi hæredibusque meis, secundùm DEI honorem & amorem, *contra Prutenos & alios Saracenos nobis conterminos*, Terram nostram impugnantes, quamdiu hostes fidei sunt & inimici cultûs Christi assistere, & sine dolo ac fictione unà nobiscum omni tempore militare; Ne igitur donationes & concessiones prædictæ, celebri dignæ memoriâ tam utiles, quàm necessariæ, non solùm securitati fidelium in Polonia, *qui graves impugnationes & oppressiones ab hostibus Christi jam dudum sustinuerunt*, in

præsenti proficientes, verùm etiam propagationi & ampliationi SS. Fidei Catholicæ, ut etiam ipsos infideles, quorum exinde speratur conversio, per DEI gratiam profuturæ, abeant in oblivionem, aut cujuscunque calliditate, dolo, versutiâ, sinistra interpretatione debilitari, perverti, frangi, violari valeant, aut irritari, vel saltem malevola machinatione attemptari, sed potius piæ meæ donationes sanctæ firmæ maneant & inconvulsæ; Ad perpetuam præfatorum gestorum memoriam præsentem paginam testium infrascriptione *mei, uxoris meæ, Episcoporum & Magnatum Terræ meæ sigillis* roborari feci ac communiri. Acta sunt in *Crußwitz ante Pontes* ab Anno Incarnationis Dominicæ MCCXXX. mense Junii, Indictione tertia. Testes horum sunt, *Guntherus* Episcopus Masoviæ, *Mislie* Epſ. Cujaviæ, *Christianus* Episcopus Prussiæ. *Arnoldus* Præpositus, *Wilhelmus* Decanus, *Pacoslaus* Junior, Comes Dirschoviensis, *Nicolaus* Cancellarius, Magister *Joannes*, Magister Cancellarius, *Georgius* Subcancellarius & quàm plures alii tam religiosi quam seculares.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis, concessionis & constitutionis infringere vel ei temerario ausu contravenire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis dei & Beati Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dabantur Vitterbij 7. Calend. Aug. Pontificatus nostri Anno III. Eodem Anno cessit *Episcopus Prussiæ Christianus*, bona sua quæ habuit, in territorio Culmensi, *reservatis reservandis*. Cessio hujus tenoris est.

Cessit Christianus I. Ep. Prussiæ bona sua in Culmensi territorio.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Ego Christianus primus Prussiæ Episcopus, *notum esse volo, universis præsens scriptum inspecturis, quod propter DEum & ob defensionem Sacrosanctæ Matris nostræ Ecclesiæ, heu! jam pene in partibus illis depopulatæ à Paganis, videlicet teritorio Chelmensi, Fratribus de Domo Teuthonicâ, quicquid habui, dati mihi à* Duce Conrado, vel ab Ecclesia Plocensi, vel empti, *libere contuli, ut ipsi mihi, omnibus meis successoribus sint parati, contra Pagans pugnaturi. Ipsi vero mihi in eodem territorio jam supradicto contulerunt* de omni aratro, unam mensuram tritici, & aliam siliginis, & ducenta aratra & quinque hologia unumquodque de quoque aratro, cum omni utilitate. *Testis autem hujus donationis & promissi.* Henricus *Abbas de Lucca. Frater.* H. *Sacerdos.* Fr. H. *Conversus, Fratres milites Christi, Andreas Götz Cæterique quam plures, Alexander Sacerdos, Cives, Albertus, Scultetus, Mauricius, Hildebrand & quam plures. Et ut hæc permaneant inconvulsa, sigillorum nostrorum præmunivimus appensione. Acta. Incarn. Domin. M. CC. XXX.*

Cessit Episcopus Plocens. bona sua in Terra Culmensi Ordini Teuton.

Similter & *Episcopus Plocensis* bona Ordini Teutonico cessit, quæ habuit in Terra Culmensi. Diplomatis tenor, prout Episcopo Vladislaviensi monstratum est hic.

Nos Dei gratia. Ecclesiæ Vladislaviesis Episcopus, Universis Christi fidelibus, quorum interest, vel interesse potuerit, præsens scriptum audituris seu visuris salutem in Domino sempiternam. Universitati vestræ

stræ præsentibus innotescat, nos interfuisse compositioni habitæ, inter Venerabilem Fratrem nostrum Episcopum Plocensem & ejus Capitulum ex una parte, & Honorabiles viros Præceptorem & Fratres Domûs Teutonicæ in Prussia ex altera, & dictæ compositionis literas Episcopi & Capituli Plocensis, sigillis roboratas, & nulla sui parte vitiatas nos vidisse & relegisse, quarum tenor talis est.

In Nomine Domini Nostri JESU Christi Amen. Nobis Andreâ DEI gratiâ Episcopo, & Capitulo Plocensis Ecclesiæ conve- " nientibus, cum viris honorabilibus & religiosis, Fratre videlicet G. " Præceptore & fratribus suis Domûs Teuthonicæ S. Mariæ in Prus- " sia, apud Villam Venerabilis Patris Domini Wolimiri, DEI gratia " Wladislaviensis Episcopi, quæ dicitur Parchan, ut mediante dicto " Domino Episcopo, compositionem amicabilem cum dictis Præce- " ptore & ejus fratribus iniremus, per quam omnis materia contro- " versiæ, inter nos & ipsos toleretur. Dicti Præceptor & Fratres, " quoddam instrumentum bonæ memoriæ Domini G. quondam Plo- " censis Episcopi in medium protulerunt, cujus tenor talis est: "

In Nomine Patris & Filii & Spiritus S. Amen? Nos divina miseratione Guntherus *Episcopus V. Decanus Plocensis cum nostro Capitulo universis Christi fidelibus tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Quia religiosam vitam eligentibus, congrua consideratione conspiciendum est, & providendum, ne unquam à DEI servitio & devotione per illicitas controversias ABSTRAHANTUR, & maximè militibus Christi, qui personas suas pro Christi amore, periculo supponere non formidant; ideo nos Zelum DEI habentes ad honorem & Commodum S. Ecclesiæ DEI, milites Christi, scilicet, Fratres de Domo Teuthonica Hierosolymitanâ, qui inimicis Christi audacter resistunt, & eos etiam fortiter impugnant, in quantum possumus, in sua constantia fovere volumus & manu tenere. Cùm igitur Illustris Dux* Conradus Mazoviæ & Cujaviæ, *Terram Culmensem, cum omni utilitate & proventu, qui nunc est, vel imposterum inveniri potest, cum omnibus castris & prædiis & omni libertate & immunitate, nihil sibi in prædicta Culmensi Terra Juris ac Patrimonii reservando, dictis fratribus perpetualiter contulerit possidendum, videlicet infra terminos Drywancæ DEFLUENTIS IN WISLAM ET WISLÆ inferius, usque in Ossam, & Ossæ superius usque in Prussiam. Nos quoque considerantes devastationem Episcopatus nostri ibidem per paganos Prussos, volentes etiam prædictos Fratres nostris donationibus, ad pium propositum, quod habent, super commodo & pace fidelium ardentius incitare, omnia prædia & possessiones in prædicta Terra* Culmensi *ad Episcopatum nostrum pertinentes tam in Castris quàm in villis, agris, pascuis, silvis, aquis cæterisque appenditiis, & omnes decimas & Ecclesias & earum Patronatum cum omni Jure & libertate, quæ ibidem habemus, vel habere possemus, dictis fratribus liberaliter conferimus in veram proprietatem, eisdem fratribus perpetualiter possidenda, infra terminos supra dictos, hoc duntaxat excepto, quod Chrisma & consecrationes Abbatum, Monialium, Ecclesiarum*

&

& alia Sacramenta Ecclesiæ à nobis exposcantur, per quæ nostræ prætaxatæ donationi eisdem scilicet fratribus in nullo aut derogari queat aut deperire. Ut autem hæ meæ donationes ratæ sint imposterum, & à nullo homine possint inviolari, præsentem paginam nostris sigillis scilicet Episcopi & Chorali communivimus. Actum in Poloczk. Anno Dominicæ Incarnationis M. CC. XXX. 15. Calend. April.

Hoc igitur lecto & intellecto, mediante & ordinante supradicto Domino. V. Vladislaviensi Episcopo duximus ipsum, sicut jacet, ratum habere; & quia non solùm in præmissis decimis & aliis supradictis, verùm etiam in omnibus, quibus possumus, supradictorum Præceptoris & Fratrum devotionem respicere volumus & amplecti, superaddimus eis mensuras, *quæ in Culmensi Territorio de* uncis & aratris, *secundum consvetudinem habitam solent dari, cum omni jure, quod in eisdem habemus, vel imposterum habere possemus. Præterea, ut paci & concordiæ pleniùs intendamus, renunciamus penitus omni impetitioni, exceptioni, quas hactenus in supradictos Præceptorem & Fratres, quacunque de causa dignoscimus habuisse, ipsi verò Fratres benevolentiæ nostræ grato occurrentes assensu, in recompensationem hujusmodi, Allodium, quod est supra Lacum juxta Culmenses situatum, contra Allodium* Lucholdi Surdi, *cum pratis, utilitatibus, & omni commodo, quod infra terminos dicti Allodii poterit comprehendi, & liberum usum piscandi in supradicto lacu, quotiescunque nobis necesse fuerit ac opportunum Nobis & Ecclesiæ nostræ purè & liberaliter contulerunt, adjicientes eidem allodio* centum uncos, *qui Polonicè dicuntur* Badla, *ubicunque vicinius sibi vacantes habuerit Ecclesia Culmensis. Si autem dictorum uncorum numerus compleri non potest, secundùm quantitatem defectûs fiat suppletio per Aratra Teutonicalia similiter vacantia Ecclesiæ memoratæ. Contulerunt etiam nobis* ducentos mansos in Terra Lubernæ Masoviæ *finibus contiguos in quacunque parte duxerimus eligendum, adjicientes dictis mansis* duos lacus, *si infra terminos ipsorum mansorum fuerint inventi, quod si non, in locis vicinioribus assignabuntur. Has itaque donationes nobis factas memorati Præceptor & Fratres ratas habebunt, & omnia, quæ in ipsis comprehensa sunt, nobis & Ecclesiæ nostræ pleno jure, quod ipsi habent, vel habere possunt, in iisdem perpetuò pertinebunt, ita duntaxat si tandem Domino concedente, jura Episcopalia evincemus ab eo, qui se pro Culmensi Episcopo gerit, & ea detinet occupata. Ut autem hæc præsens compositio robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsentem paginam, Sigillorum nostrorum munimine, i. e. Episcopalis & Ecclesiæ, nec non & sæpe dicti Domini V. Vladislaviensis Episcopi, qui præsentis compositionis mediator exstitit, duximus roborandum. Huic autem nostræ compositioni interfuerunt de nostra parte Fratres nostri:* Joannes *Præpositus,* Gerhardus *Custos,* Gyto *Presbyter,* Robertus *Thomas* & Joannes *Archidiaconus, Canonici Plocenses.* De parte verò Præceptoris & Fratrum. *Richardus* Presbyter, *Henricus* Marschalcus, *Henricus de Mornys* Terræ Culmensee. *Henricus* de Nassovia & *Siegfriedus* in Wisconia *Commendatores. Conradus* etiam Commendator,

dator, *Episcopus* Insulæ S. Mariæ & *Stephanus* Fratres Domûs Teutonicæ, & *Joannes* Plebanus Culmenscensis. *Interfuerunt præterea Martinus* Prior & *Gothardus* Fratres de Ordine Prædicatorum domûs Plocensis, Magister *Liffardus* Cantor Kruſviacensis, *Andreas Kay*, Vladislaviensis *&* *quamplures alii fide digni, qui hujus rei testes existunt. Acta sunt in supra nominata villa Parchan. Anno Domini M. CC. LVII. XIII. Calend. Decemb. in die Elisabeth.*

In cujus facti testimonium præsens scriptum sigillis nostri munimine duximus roborandum. Datum Anno Domini M. CC. LVIII. proximo Sabbato ante Dominicam Reminiscere.

Anno 1231. *Renovat Christianus Episcopus Donationem* sequenti Privilegio.

Renovat Christianus I. Ep. Pr. suam donationem.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen! Christianus Primus Prussiæ Episcopus omnibus in perpetuum. Evanescunt " in tempore, nisi recipiant à viva voce testium, aut à scripti memo- " ria firmamentum. Proinde ad notitiam tam præsentis ætatis quàm " futuræ posteritatis præsenti scripto cupimus pervenire. Quod nos " Fratribus hospitalis S. Mariæ Teutonicæ Hierosolymitanæ, qui se ab- " jectis illecebris mundi, Domino sacrificium obtulerunt, se murum " pro Domo Domini ponentes, atque ad humiliandos Crucifixi ho- " stes, & ad ampliandam nominis sui gloriam se viriliter accinxerunt, " in territorio Culmensi, contulimus totum, quod ab Episcopatu " Plocensi, in subsidium Episcopatûs Prussiæ suscepimus & habui- " mus, videlicet de Ecclesiis conferendis & decimarum proventibus, " nobis in reliquis Episcopalem Jurisdictionem reservantes; dictis " quoque Fratribus, omnem Conradi Ducis Masoviæ Donationem, " in eadem Terra nobis collatam, cum omni jure ac proprietate, sicut " ab eo accepimus, bona voluntate donavimus, nec non prædium in " Bezin, quod ab hæredibus Christiani comparavimus cum omni uti- " litatis proventu sæpè dictorum Fratrum usibus cedere volumus in " perpetuum. Ut autem hujus nomine largitionis traditio in perpe- " tuum firma omnibus modis permaneat, nec ab aliquo valeat infir- " mari, præsentem paginam sigilli nostri duximus impressione robo- " rari. Hujus rei testes sunt: Albertus Abbas Velegradensis, Conra- " dus, Geroldus, Dithmarus Subprior de S. Cruce. Henricus Sacer- " dos, Gebolfus Fratres Domûs Theutonicorum. Friedericus, Hen- " ricus, Ulricus & alii plures. Acta sunt hæc Anno ab incarnatione " Domini M. CC. XXXI. Anno Domini Gregorii Pontif. IX. " quarto, imperante Domino Friederico Gloriosissimo Rom. Impera- " tore feliciter! Amen. "

Consensus filiorum Conradi in donation. Conradi Patru.

Consenserunt in hanc donationem filii Conradi Ducis Masoviæ, quod testantur literæ sequentes in hunc modum.

Frater OPIZO Monasterii S. Pauli de Mazono Abbas, Apostolicæ Sedis Legatus *universis præsentes literas inspecturis, Salutem in Domino. Novit Universitas vestra, quod nos vidimus & diligenter inspeximus literas sigillatas sigillo Domini* Casimiri Ducis Kujaviæ, *quarum tenor est talis.* Universis Christi fidelibus, præsentem paginam "

„ inſpecturis. Nos Caſimirus DEI gratiâ Dux Cujaviæ Salutem in „ Salutis auctore. Quàm perſpicuis cauſis donationes Illuſtris Prin- „ cipis Conradi Ducis Maſoviæ, Patris noſtri, & quibus utilitatibus „ adjuvent, nullus ambigit, qui cauſam vocationis Magiſtri & fratrum „ Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Jeruſalem Domûs Teutonicæ diligenter „ conſiderat, & ab ipſis Maſoviæ & Cujaviæ & cæteris Terris adja- „ centibus Pruſſiæ impenſum adjutorium perſpicaciter intuetur. Cum „ enim jam Culmenſis Terra finale exitium eſſet paſſa ab incurſibus „ Prutenorum, & jam Maſovia & ſuper memoratæ Terræ ab eorun- „ dem Prutenorum tyrannide inciperent demoliri. Ipſis jam pro „ parte maxima demolitis ſeu devaſtatis, cum ſuccurrentem alium „ habere nequiret, Dominus Dux, Pater noſter, ſaniſſimo uſus conſi- „ lio, ſupermemoratos, Magiſtrum & Fratres de Domo Teutonica, „ ad dictarum terrarum ſubſidium, & ad oppreſſorum ſublevamen „ ad conſtringendum Prutenorum impetum advocavit, donans ipſis „ Fratribus Terram Culmenſem cum omni jurisdictione & jure & „ utilitatibus & aliis honeſtis conditionibus & pactionibus, ſecundum „ quod in literis ſuper ea donatione confectis pleniùs noſcitur, con- „ tinetur. Et villam, quæ dicitur Rogowe, quæ adjacet Vladislavie „ Juniori, cum omnibus pertinentiis usque ad foſſata dictæ Civitatis, „ ſive munitionis; liberè & integraliter cum omni jurisdictione & ju- „ re & proventibus in perpetuum poſſidendam. Quarum donatio- „ num tam rationabiliter factarum, ut videlicet ſuper memoratus „ Dux Pater noſter evaderet majus malum, & quarumlibet aliarum „ donationum & contractuum ſive pactorum cum Magiſtro & Su- „ permemoratis Fratribus initorum, conſtituimus nos præſentibus li- „ teris conſenſorem ratum habendo, quidquid per ipſum Patrem no- „ ſtrum, cum Dominis Magiſtro & Fratribus extitit ordinatum. Rati- „ habitionis noſtræ ſunt teſtes ſubſcripti: Hermannus Balco. Bene- „ dictus, Conradus, Fratres Domûs Teuthon. Bugusſ Palatinus, „ Maz. Joannes, Wenceslaus, Joannes de Crucifitz, Zedźla Judex, & „ quàm plures alii nobiles; & ut hæc noſtra ratihabitio inconvulſa in „ perpetuum maneat, eam ſigilli noſtri munitione in Stretz, in Cami- „ nata Patris noſtri, in Epiphania Domini Anno Incarnationis ejus- „ dem M. CC. XXIII. duximus roborandam.

Et nos prædictus O. Apoſtolicæ Sedis Legatus huic ſcripto ad inſtantiam fratris Gotfredi de domo Theutonica Magiſtri fecimus apponi ſigillum. Datum in VVladislavia V. Calend. Octob. Pontificat. Domini Innocentii IV. anno undecimo.

§. VI.
De Livonia.

Situs Livoniæ

UNde *Nominis hujus derivatio* venerit, propoſuimus lib 1. c. 4. §. 8. Ipſa aliàs Regio eſt ampliſſima, frumenti ſiliginisque potiſſimùm dives, pecoribus ac jumentis domeſticis in omni genere abundans, lacubus, fluviisque piſcoſis & ſilvis referta. Ab *Ortu* Moſcoviam ſibi conti-

contiguam habet, à *septentrione* sinum Finnicum & Bothnicum, Mareque Balthicum, ab *Occidente* Partem Prussiæ, à *Meridie* Zamogethiæ & Lietvaniæ adhæret. Extenditur in Longitudinem 90. *Milliaribus* in latitudine 50. milliar. Dividitur in *octo territoria* seu Ducatus. Primus est LETTIA seu *Letlandia*, cujus primaria Civitas *Riga*, Metropolis totius Livoniæ, urbs munitissima, sedes olim Magistrorum Livoniæ; tum *Dunamund*; *Uxkul*, *Leward*, *Ascherad*, *VVolmes* &c. 2dus est CAURONIA seu *Churland*, ubi *VVinda* civitas & portus pro navibus. Polonis audit Kierz, *Goldingen*, *Grubin*, *Candoph*, *Edwalen*, *Pilten*, *Hasenpoth*, *Angerad*. 3tius SEMIGALLIA ubi *Mitaw* Residentia Principis Curlandiæ, *Scburg*, *Basenburg*, *Doblin*. 4tus ESTIA seu ESTLANDIA, ubi *Felin*, *Lais*, *Tarnest*, Oberpal. Karkkaul, Pernau. 5tus. VIRIA seu *VVirlandia*. Ubi Nerva Tolksburg, Vesenburg, Birksolan, Asch, Est. 6tus. HARIA ubi *Revalia*, *Badis*, *Fegfewr*. 7mus. GERVENIA, ubi Witenstein. Olim hæ Provinciæ à Regulis suis sub directione tamen summa, supremi Prussiæ Pontificis Krywe Kryweicziu dicti. Deinde cessit Magistris Ensiferorum Ordinis qui dein se Ordini Teutonico conjunxerunt. Catalogus horum Magistrorum, recensente Hartknochio in Dysburg hic est.

Longitudo & labitudo Livoniæ. *Divisio Livoniæ Riga.* *Cauronia.* *Semigallia.* *Estia.* *5. Viria.* *6. Haria.* *7. Gerwenia.* *Catalogus Magistrorum Ordinis Ensiferorum.*

1. *Vinno* I. Ensiferorum Magister in Livonia.
2. *Volquinus*.
3. *Hermannus Balko*. Elect. 1238.
4. *Henrich de Heimburg*. El. 1245.
5. *Dietrich de Grœningen*. El. 1247.
6. *Andreas de Stukland* aliis *Staurland*. El. 1250.
7. *Eberhard de Seine*, aliis de *Stein*. El. 1256.
8. *Hanno de Sangerhausen*. El. 1258.
9. *Burchard de Hornhausen*. El. 1261.
10. *Georg de Eichsted*. El. 1264.
11. *VVerner de Breithausen*, aliis *Fritzhausen*. El. 1267.
12. *Conrad de VVandern*, aliis *Mandern*. El. 1269.
13. *Otto von Rodenstein*. El. 1272.
14. Andreas N. El. 1274.
15. *VValterus de Nordek*. El. 1275.
16. *Ernestus de Rosburg*. El. 1278.
17. Conradus de Feuchtwang. El. 1279.
18. *VVilhelm de Schurburg* aliis *Syersburg*. El. 1281.
19. *Conradus de Hertzogenstein*. El. 1287.
20. *Botho de Hoherbach*. El. 1289.
21. *Henricus de Dumpeshagen*. El. 1294.
22. *Bruno*. El. 1296.
23. *Gotfriedus*. El 1298.
24. *Conradus de Joke*. El. 1307.
25. *Eberhardus de Monheim*. El. 1327.
26. *Burchard de Drewlewen*. El. 1341.
27. *Goswing de Erke*. El. 1347.
28. *Arnoldus de Vitinghofen*. El. 1360.

29. *VVilhelm de Frimersen.*
30. *Lobe de Ulsen.*
31. *VValdemarus de Bruggeney.* El. 1396.
32. *Conrad de Fitinghovem.* El. 1404.
33. *Dietrich Turre.* El. 1414.
34. *Siefried Lander de Spanheim.* 1418.
35. *Zyese de Rautenburg.* El. 1428.
36. *Franco de Kersdorf.* El. 1437.
37. *Henricus de Bukenode.* 1439.
38. *Heidenricus Fink de Cluersberg.* El. 1442.
39. *Joann Osthoven de Mengeden.* El. 1456.
40. *Joann de VValdhausen.* El. 1475.
41. *Bernhard* von der *Burg.* El. 1477.
42. *Joann. Freitag de Loringhaven.* El. 1486.
43. *VValterus de Plettenberg.* El. 1495. *Princeps Imp. Rom.*
44. *Hermannus de Bruggeneis. Husenkamph. factus.* El. 1535.
45. *Joannes* von der *Reck.* El. 1549.
46. *Henricus de Galen.* El. 1551.
47. *VVilhelmus de Fürstenberg.* El. 1557.
48. GOTTHARDUS KETLER. El. 1559. Hic à Sigismundo Augusto Rege Pol. *Dux Curlandiæ Semgalliæ* & *Livoniæ* factus, à quo descendit Familia modernorum Ducum ac Principum Curlandiæ.

§. VII.

De Conversione Slavorum ad Fidem Christianam in Terra eorum Patriâ.

QUanquam plurimi è gente Slavorum populi, qui expeditionibus bellicis, sub Gothorum Regimine clarissimi, Romanorum pervagati Terras, in iisque multum cum Christianis conversati sunt, præter morum politiem etiam fidem Catholicam induerunt; nihilominùs plures, maximè qui patrio inhæserunt solo patriæ quoque inhæserunt Idololatriæ, longè tardiùs conversis ad Christianam fidem animis, atque Ecclesiæ Catholicæ subditis. Difficile enim, tenax avitæ superstitionis populus in novam concedit Religionem, nec nisi mutat cum Principe suo: nempe sicut Regionum ita & Religionum diversitas vulgo suspecta & odiosa est. Atque ut à *Roxolana* gente, quia est antiquus Slavorum populus, exordiar; gloriatur illa palam in Annalibus suis teste Herberstein.[a] Terras suas baptizatas & benedictas esse ab *Andrea* J. Christi Domini Apostolo, quem ex Græcia ad *Ostia Borystenis* venisse: hinc adverso flumine ad montes ubi nunc *Kyovia* est, navigâsse, atque ibi *omnem regionem benedixisse*, *baptizasse*; *Crucemque suam collocasse*, & tandem prædixisse, magnam DEI gratiam, multasque Christianorum Ecclesias ibi futuras pro certo affirmant Annales illi Russorum, adduntque præfatum inde Apostolum ad fontes usque

Conversio Russorum.

S. Andreas, Russiæ Apostolus.

Ejus peregrinatio.

a In Comment Rer. Mosc. pm. 19.

usque Borysthenis pervenisse in *VVolok* lacum magnum, ac deinde per fluv. *Lowat* descendisse in *Ilmen* lacum: unde per fluv. *VVolchow*, qui ex eodem lacu defluit *Novogardiam* attigisse: inde fluvio eodem in *Ladoga* Lacum & *Heva* fluv. hinc in *Mare* usque *VVareczkoie* (Mare Balthicum, Teutonibus, Ostsee,) inter Finlandiam & Livoniam Romam navigando devenisse: tandem in *Peloponeso* ob Christi fidem, *Agi Antipatri* jussu, Crucis supplicio affectum fuisse. Hæc Annales citati. Quibus quadantenus consentiunt, nostræ Sarmatiæ Scriptores. *Stanislaus Lubienscius* [b] *Stephanus Damalevicius.* [c] Illud certum ex vita hujus Apostoli est, eum scilicet ex Æsaja in Thraciam, hinc in *Scythiam Europæam* i. e. Sarmatiam progressum fuisse, ibique Evangelium Christi prædicasse. Comprobatur id à *Tertulliano*, [d] qui suo tempore, i. e. Anno Christi 195. Christianum nomen bene viguisse in Sarmatia Europæa testatur. Conferatur Matth. *Strykowsky Osfistlevicius* in Sarmatia Europæa, quam nomini suo supposuit *Alexander Guagninus.* Credibile profectò est, Christianos quosdam in his occultè oris jam tùm vixisse, nomenque Christi privatim prædicasse: idque tùm per Ponticos populos ad Christum conversos, tùm per illos, qui olim in Expeditionibus Gothicis militantes, ex Italia aliisque Christiana imbutis fide Provinciis, domum fideles reversi sunt. Hi certè, testantibus id Russorum Annalibus, Lumen Evangelii ab Apostolo olim accensum cum vita illius deinde extinctum, resuscitârunt. Verùm quod totam Slavorum gentem, aut ejus majorem partem ad Christianismum converterint, vix mihi videtur probabile, cum de eo tota Historicorum sileat turba. Primi Slavorum, qui Christo nomen in sua nativa Terra dederunt, censentur *Bulgari*, tempore scil. Nicolai I. Rom. Pontif. circa Anno Christi 860. Proximè hos, elapsis circiter triginta annis, secuti creduntur *Rascii*, *Serbii*, *Bosnenses*, *Croatæ*, *Dalmatæ*, *Illyrici*, *Svatoplugo* seu *Svetoplugo*, juxta Blondum, regnante, à vicinis ad fidem Græcis adducti ac Italis. [e] Supradicti Svatoplugi auspiciis, ministrante *Venceslao Bohemo* quodam, *Borivojus* Bohemorum Dux, Christianus est factus, qui uxore sua *Ludmila*, Heroinâ verè pientissimâ itidem ad Christi fidem conversâ, plebem quoque ad gremium Ecclesiæ Catholicæ perducere, unitâ uxoris operâ, allaboravit, idque satis felici successu, attestantibus id Sabellico & Blondo. [f] Ab his cœpta est spargi Christiana Religio, in nostris Sarmatiæ oris, partim per Polonos è ministerio & comitatu Borivoji Bohemor. Principis reversos in Patriam, partim per exteros mercaturam in Polonia exercentes, partim denique per nonnullos in silvis & solitudinibus Christo devotis, rebusque cælestibus vacantes. Nunquam tamen in Polonia nostra messis uberior animarum Christi nomine insignium exstitit, quam converso ad fidem Christi *Mieci͡slao Polonorum Duce.* Cujus conversionis hæc erat occasio, More Patrio sed Barbaro, septem fuerunt huic Principi Uxores ductæ, quibus unà & libidini, cum indulgeret liberiùs, nec tamen liberos ex illis ullos susciperet, ægro id vol-

Conversio Bulgarorum.

Bohemorum.

Polonorum.

Horum Conversionis Occasio.

P vens

b In Vit. Episc. Ploc. p. 301. *c* in Vitis Ep. Vladisl. c. 1. p. 15. *d* libr. advers. Judæos. *e* Cromer. l. 3. *f* Cromer. c. 1.

vens animo ac revolvens consilium à Christianis, qui tunc Polonæ barbaræ Genti passim immixti fuere: illud accepit, ut pellicibus illis, quas in uxores more Ethnico duxerat, procul à se repudiatis, unam eamque Christianam uxorem duceret, Christianâ priùs Religione fideque per baptismum susceptâ; si eo modo velit, & prosperitate tamdiu desiderata, & optato rerum successu frui. Persvasus hic Princeps, paruit salubribus consultis, non sine felici eventu prædictorum, priores à se protinus dimisit uxores, ducta in matrimonium *Virgine de Dambrowca, Boleslai primi Bohemorum Ducis filiâ*, Heroinâ Zelo Christianæ fidei maximè laudabili, cum qua fidem Christianam, simul baptismo Christianorum ritu initiatus, amplexus est: tum deinde magno intendit nisu adhortante & adjuvante pientissima uxore sua, Christianitatis nomen per omnes principatus sui ditiones propagare. Sub hæc Miecislai tempora, præcipuè Polonorum Deastri erant, qui ab Historicis memorantur; *Jessa, Ladus* aliis *Lactus* [g] *Nia, Marzana, Zizilibia, Zivana*, sive *Zieviana*, it. *Ziewie* aliis *Siva.* [h] *Pagada Chwyst, Pochwist, Lelus, Polelus.* Quibus Princeps ille Christianus abolitis, eorumque delubris ac lucis destructis, ritibus ac ludis impiis abrogatis, *novem dicitur instituisse Basilicas*, quibus præter pretiosam omnis generis suppellectilem certos census & possessiones attribuit. Recensentur autem sic à Cromero [i] *Archiepiscopatus* duo: scil. *Gnesnensis* & *Cracoviensis*, *Episcopatus septem*: scil. 1. *Posnaniensis*, 2. *Smorogoviensis*, qui postea *Bicinensis*, tandem *Vratislaviensis* dictus. 3. *Crusvicensis* qui modo *Vladislaviensis* 4. *Plocensis* 5. *Culmensis* 6. *Lubussiensis* 7. *Caminensis*. [k] De horum Episcopatuum numero aut veriùs de veritate rei non inter omnes convenit scriptores. Et 1. quidem de *Archiepiscopatu Gnesnensi* dubitatur à plerisque, num tempore Miecislai hujus Titulo ille hoc gavisus fuerit. Certè si *Dithmaro Mersburgensi* credendum est, tum demum Archiepiscopatus ille fundatus videtur fuisse cum Otto III. Imperat. Sepulchrum S. Adalberti, Prussorum Apostoli visitaturus, Poloniam adiisset. De *Archi-Episcopatu Cracoviensi*, res quoque videtur incerta, cùm longè post scil. à *Benedicto IX.* Rom. Pont. ea Cathedra *Archi-Episcopalis* sit declarata, teste quodam Anonymo; at iterum ademptus est titulus, relicto eo, qui nunc permanet. Num vero talis prærogativa à successoribus olim fuerit neglecta, aut num ideo antiquis eo nomine audierit, quod Cracovienses Præsules primi ab Archi-Episc. in consessu Regni publico locum tenuerint, i. e. primum in secundo Senatorum ordine è regione adversa considentium; Lectoris prudentiæ judicioque committimus. De *Culmensi* Episcopatu res omninò incerta est; cum ille sit à Conrado Masoviæ & Cujaviæ Duce conditus ac de *Plocensi Episcopatu* quasi deductus, prout id ex Actis rerum Prussicarum, tum ex aliis monumentis, quæ in Archivo Cracoviensi exstare perhibentur, palàm est. [l] Ut autem de his sit; illud certum est, eo tempore Basilicas in Regno Poloniæ conditas ac solemni ritu dedicatas fuisse. In quam

Archi-Episcopatus in Polonia.

Episcopatus in Polonia.

Archiepiscopatus Cracoviensis.

Culmensis Episcopatus.

g Pastorius in Origin. Sarmat. h Idem c. l. i lib. 3. k Conf. Miechov. Dlugossus & alii. l Crom. c. l.

quam rem, auctoritate Joannis XIII. Rom. Pontif. missus *Ægidius Cardinalis Episcopus Tusculanus*, quod Polonorum mentes in fide & doctrina novitiæ essent, viros doctos probatosque adscivit ex *Italia*, quos in Præsules Ecclesiarum ordinavit ipse *Legati Pontificii* & *Archi-Præsulis functus* officio, & forte jam tunc *Primatis Regni* Titulo exornatus, primus Polonam Ecclesiam ordinavit, exornavit, ampliavit. *Primas Regni Poloniæ.* Zelus pro fide Catholica jam eo tempore insignis fuit; patet ex illo solemni gentis more, qui invaluerat, ut homines equestris ordinis in templis, dum Sacerdos ad aras pronuntiabat: *Sequentia S. Evangelii* &c. gladios mediatenus stringerent, quasi solemniter Evangelii defensionem profitentes; Choro autem respondente: *Gloria tibi Domine* rursus eosdem reconderent. Hujus Miecislai Principis non *regimini* solùm sed & *tempori* benedixisse videtur DEUS, quo finitimæ etiam Polonis gentes ad S. Roman. Ecclesiam per susceptum baptismum accesserunt. Hoc Miecislao regnante siquidem præter *Hungaros*, quorum Princeps *Geisa* fidem Christi tunc susceperat, *Russi* quoque conversi dicuntur; *Hungarorum Conversio.* operâ imprimis *Methodii* & *Cyrilli* Episcopi, qui multos Russiæ Primores miraculo quodam ad amplectardam fidem Christianam induxerunt, hoc modo: *Russi Conversi Miraculo.* Postulaverunt Nobiles nonnulli ac Principes Russorum viri à præfatis Præsulibus, ut veritatem fidei suæ, quam tantopere prædicabant, *miraculo quodam* comprobarent. Cum verò unus ex iis librum nonnisi præ manibus haberet, Christianæ Religionis fundamenta continentem, quæsivit num illis pro demonstratione veritatis fidei Christianæ sufficeret, si liber hic jactus à se in ignem illæsus ab eo permaneret? Annuentibus ipsis, ipse invocato primùm divino numine librum de manibus in ignem conjecit; cumque longo satis tempore illæsus ab eo existeret, Russi miraculo tanto permoti, fidem Christi animis promptis lætisque amplexi sunt: abolitis Deorum suorum delubris ac idolis, Deorum fuere nomina, *Pior*, *Strobus*, *Chorsus*, *Mokoslas* &c. *Russorum Dii.* Confer. *Zonaras* [m] & *Baron* [n] & alii. Illud hîc dignum notatu videtur, quod Slavis concessum fuerit, *patrio idiomate uti in sacris*, idque, ut creditur, consentiente Pontifice Romano. Successu temporis sub *Vlodomiro* Russorum Duce, post initum cum sorore Imperatorum Græcorum *Basilii* & *Constantini* matrimonium sacris Christianæ fidei initiato, *Vlodomirus Russ. Dux Christianus factus.* Russis *Metropolita Kioviæ*, *Archiepiscopus Novogardiæ* aliique Episcopi à Constantinopolitano Patriarcha ordinati institutique sunt. De quo Annal. Russorum. Hæc ferè omnia contigêre vivente adhuc Miecislao, qui expleto sui regiminis anno XXXV. tandem concessit fatis Anno 999. Ante cujus fata legitur *S. Adalbertus* Prussorum Apostolus in Poloniam venisse. *S. Adalbertus Prussorum Apostolus.* Is Slavis *Voiciechus* i. e. *Exercituum consolator* dictus. Vir fuit nobilitate sangvinis, magis autem vitæ Sanctimoniâ pietatisque studio clarus, atque ideo in *Episcopum Pragensem* delectus, cum apud suos plerosque à fide suscepta, pietateque Catholica degenerantes (indulgebant enim & ritibus antiquis & facinoribus impiis) parùm se proficere intelligeret, Romam primùm, dein impetrato à Pontifice M. commeatu, tentatis tamen

m lib. 3. n tom. X.

tamen prius, an resipiscerent, Bohemorum animis, cum omnia frustra videret, in *Ungariam*, fratre suo *Radzino* Comite, aliisque viris religiosis comitantibus, profectus est; quam cum non ita pridem fide Christi imbutam confirmasset, in *Poloniam* secessit, ubi à Rege *Miecislao* ejusque filio *Boleslao* benignissimè susceptus, mox *Præsule Gnesnensium Roberto* defuncto, Basilicæ eidem præficitur vel invitus, unicè convertendis gentibus infidelium intentus: divinitusque nocturnâ admonitus visione, ad proximam Prussorum gentem Ethnicis involutam tenebris, animum iterque instituit, ut eam luce Evangelii illustraret, relicto pro se Gnesnensibus Ecclesiæ Præsule *Radzino* fratre. Ibi dum fidem Christianam edoceret, ab impia Prussorum manu, instigantibus ad necem sacrificulis, prope oppidum *Fischausen* confossus interiit die 23. April. Anno 997. de hujus Sancti corpore id memorabile annales plerique tum Polonorum tum Prussorum referunt; quod cum *Boleslaus* filius Miecislai corpus à Prussis redimere intendisset, Prussi hoc pacto cum illo convenerint, ut scilicet *tantum auri* (argenti alii habent) *sibi penderet Princeps, quantum ponderi corporis responderet*. Appensum in statera corpus, perexigui omnino ponderis, divinâ ut creditur virtute deprehensum est adeoque exiguo pretio redemptum. Deductum mox solemni pompa corpus, primò ad Tremesnense Monasterium: non multo post ad Gnesnensem Basilicam translatum est, ex quo locus hic plurimis clarere miraculis cæpit magno cum Religionis Christianæ incremento per Regnum Poloniæ, majori cum animorum neofidelium roboramento. Atque his *Otto III. Imp. Rom.* motus, sepulchrum Sancti invisurus Poloniam venit, ibi votis in Basilica eidem sacra persolutis ac devotione religiosè peractâ, Boleslaum Poloniæ Principem, quod se Regia humanitate excepisset, regiaque tractasset liberalitate, *Regem* id temporis nominavit, simulque *Miecislao, Regis Boleslai filio* annorum duodecim sororis suæ Melchtildis filiam *Rixam* cognomine, itidem minorennem despondit, quæ adulta dein adulto nupsit.[o] Sic hujus Prussorum Apostoli mors, exterorum animos ad devotionem, Polonorum verò etiam ad Religionis propagationum inflammavit. Et hæc occasio Boleslao Regi fuit, ut sopitis primum Bohemicis, Saxonicis, Russicisque bellis, Prussiam armis invaderet, sive sancti necem ulturus in impiorum cervicibus, sive effrenes ad fidem Christi adacturus idololatras. Et certè bello fractos tandè adegit eò, ut Christianam amplecterentur fidem; ac ne illis ad idolorum cultum relabendi linqueretur occasio, *Quercum Romove* (Prussicorum ea erat Residentia Deastrorum) funditus exscindi fecit. Ita Dlugossus[p] Schutzius[q] Hennebergerus & alii. Verùm ut primùm discesserat Boleslaus è Terris suis Prussi priorum rituum tenacissimi, in idololatriam relapsi, novos sibi deastros, novumque Romove procurârunt, ejectis à se Sacerdotibus Christianis. Interim non cessatum est à conversione Prussorum. Imprimis celebratur *Bruno Episcopus*, ut putatur *Querfurdensis*, qui ut Prussos erudiret, cum ali-quot

...mus, Poloniæ Rex Boleslaus

Polonorum studium. In Prussis convertendis.

o Crom. c. l. p lib. 3. de Ortu & rebus gestis Polonorum. q lib. 2. Chron. Prussic.

quot Sociis in Prussiam venit, de quo *Dithmarus Merb.* [r] *Abbas Orspergensis.* [s] Viri tamen hujus sancti successus nullus fuisse legitur, eò quod Prusi illum cum sociis suis XIIX. miserè trucidaverint. [t] Nec minùs ipsi successores Boleslai, Poloniarum Reges laborârunt in convertenda Prussorum gente, quam cum aliter ad fidem Christi inclinare ac deducere non possent, armis adigere destinârunt, quæ quidem arma, Duce Miecislao *Boleslai* filio, illata Prussis & à Casimiro continuata; armis rebellibus Prussorum repressa sunt: minimè tamen reprimi poterant, quæ *Audax Boleslaus* intulit; & quanquam vario marte initiò pugnatum est, tandem tamen Victoris jussu facessere, Christianamque complecti Religionem compulsi sunt Prussi odomiti. Verum ut nihil violentum diuturnum, ita neque animi coacti maximè gentis hominum perfidæ, diu in obsequio stare potuerunt: ad pristinum morem ac genium Idololatræ redierunt. Sed neque successorum in Regno & in nomine arma scil. *Crivousti* ac *Crispi Boleslaorum* Regum Poloniæ effrenem coercere gentem poterant; licet enim constituti in angustiis Prussi, prementibus se Polonorum armis, fidem Christianam amplecti visi essent, brevi tamen ad ingenium perfidi redierunt. Quare desperatis illorum salutis rebus, cessârunt arma Poloni promovere, armisque fidem. *Livonia* interim circa hæc tempora Christum venerari cæpit, operâ Lubecensium & Bremensium, qui negotia sua in illis pertractabant oris. Anno 1186. Sedes Episcopalis ibidem erecta sub Patrocinio Deiparæ, plurimis è populo ad fidem conversis, ad prædicationem scil. *Mainardi Canonici Sigebergensis* & *Bertholdi Abbatis Lubecensis*. Vid. Arnold. l. 7. c. 8. Anno 1198. teste Baronio Livones Ensiferi sese junxerunt militibus Ordinis Teutonici. Anno 1550. ijdem Livones nova *Lutheri* fide recepta, Episcopis religiosisque expulsis à Romano-Catholica defecerunt Ecclesia, cui ut se primùm conjungant & optandum & sperandum in Domino est pio & misericordi. Sed ut ad Prussiam revertamur initio tandem seculi XIII. benignior affulsisse Prussis divina gratia visa est, scilicet. Anno 1207. Spiritûs certè divini impulsu motus, *Christianus* quidam *Monachus Ordinis S. Cistercierisis*, *Professus Olivæ* propè Gedanum, (ita Jungelinus in Purpura D. Bernhardi, item monumenta Olivensia, quorum authenticum videre mihi concessum fuit. Item Menologium Cisterciense 4. Dec.) è suorum consensu Superiorum totum se ad convertendos Prussos addixit, edoctusque lingvam Prutenicam Terras illorum adiit, ubi gratiâ DEI adjuvante, cæleste fidei semen feliciter sparsit: quippe Toparchas Prussiæ duos, quorum alter *territorii Loboviensis* alter *VVarpeitis Lusaniæ Dominus* fuit: Ille in baptismo *Pauli*, hic *Philippi* nomen adeptus, ad gremium Ecclesiæ Catholicæ attraxit: prior totum Lubaviensem tractum Ecclesiæ donavit alter scil. *Philippus* & fidem professus est, & vota religiosa in sacro Cisterciensium Ordine, cujus habitum assumpserat; omnibus bonis suis Christiano, à quo in spiritu genitus fuit, traditis, cujus & socius in conversione paganorum factus est. De quo Menolog. Ord. Cisterc. Inde Christianus hic *Apostolus* Lu-

Livonum Conversio.

Conjunctio Ordinis Teutonici in Ordine Ensiferorum.

Lutheri doctrina recepta in Livonia.

Anno 1207. Conversio Prussorum.

Luboviensis tractus.

Christianus Apostolus Lubaviæ.

Q

r lib. 4. Chron. p. 176. s ad Ann. 1008. p. 164. t Alb. Krantz. in Metr. l. 4. & 3.

Lubaviæ communi nomine dici meruit. Et ut feliciùs res succederet in tanto animarum negotio, idem petiit à Romano Pontifice *Innocentio III.* ut dignaretur vicinis Ecclesiarum Præsulibus mandare per literas, quatenus ad tantum opus feliciter perficiendum suam conferrent operam & favorem, tum sibi sociisque suis, tum Neoconversis ad S. fidem. Quare Innocentius III. R. P. has ad Archi-Præsulem Gnesnensem Româ expedivit literas.

Litera Pontif. M. ad Archi-Episcopum Gnesnensem.

Gnesnensi Archi-Episcopo.

„ CÆlestis Agricola JESUS Christus semetipsum vitem veram & „ fertilem in vinea sua electa plantavit, ex qua multitudo palmi- „ tum prodiens, non solum illam amœnam viriditate, verùm etiam „ fructibus redderet gratiosam. Ex ista nimirùm vite, quotidie tot „ palmites pullulant, quot in Ecclesiasticæ unitatis radice fundati, ad „ sanctæ conversationis studium extendentes se per opera pietatis, non „ solum internæ gratiæ virore turgescunt, sed etiam laudabili exercita- „ tione fructificant in profectibus proximorum. In hac siquidem la- „ borare vinea dilecti filii *Christianus*, *Philippus*, & quidam alii Mona- „ chi pio desiderio cupientes, illius dudum amore saccensi, qui nemi- „ nem vult perire, ad partes Prussiæ de nostra licentia, in humilitate „ spiritus accesserunt, ut ibidem sermonem verbi dominici seminan- „ do, in umbra infidelitatis & tenebris ignorantiæ positos ad semitam „ reducerent veritatis. Quod cum in Terram bonam & fertilem ac- „ cidisset, fructum protulit opportunum: ejus præeunte gratia, qui „ vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, & ex lapidibus su- „ scitat filios Abrahæ; quidam Magnates & alii regionis illius Sacra- „ mentum Baptismatis receperunt, & de die in diem proficere digno- „ scuntur, in doctrina fidei orthodoxæ, sicut iidem Monachi nuper ad „ Sedem Apostolicam venientes, nostro Apostolatui referârunt. Cum „ igitur hujusmodi novella plantatio, beneficio irrigationis indigeat, „ Fraternitati Tuæ præsentium auctoritate mandamus: quatenus eis- „ dem Monachis & fratribus suis nec non & aliis de novo ad fidem „ conversis in Ecclesiasticis Sacramentis & aliis, quæ ad ampliandum „ Christianæ religionis cultum spectare noscuntur, tamdiu curam officii „ Pastoralis impendas, donec divinâ favente clementiâ à DEO ibidem „ numerus fidelium augeatur, ut proprium possint Episcopum ob- „ tinere. Episcopos etiam & alios Ecclesiarum Prælatos ac Terræ „ Magnates moneas sollicitiùs & inducas, ut pro DEO & propter „ DEUM, eis propitii ac favorabiles existentes, uti dignum fuerit, gra- „ tiam, solatium & humanitatem impendant. Datum Laterani pri- „ die Non. Septemb. Anno XIII.

His literis obtentis *Professus hic Olivensis Christianus*, rem benè inceptam strenuè cum sociis prosecutus est; non tamen sine invidia multorum, etiam è Religiosa familia, qui id Apostolici numeris à statu Monachali alienum judicantes, Christianum ejusque socios, veluti vagos, Acephalos ac degeneres traducebant. Quo cognito idem

Rom.

Rom. Pontifex ad *Universale Ordinis Cistercienſis Capitulum* dedit literas hujus tenoris.

Univerſis Abbatibus in Generali Ciſtercienſi Capitulo congregatis.

Dilecti Filii, *Chriſtianus* & *Philippus* ac eorum ſocii, *Veſtri Ordinis Fratres*, advertentes eos appellari beatos, qui ſeminant in Lachrymis, non autem eos, qui frumentum abſcondunt, faciente illo, qui ubi vult ſpirat, & nemo ſcit unde veniat, aut quo vadat, olim de noſtra licentia inceperunt ſeminare in partibus Pruſſiæ verbum DEI, ut eundo & flendo mittentes ſemina ſua, demum poſſent cum exultatione venire, portantes manipulos ſuos; confiſi, quod ille, qui vult ſalvum facere, quod perierat, in partes Terræ deſcendens, ut hominem ad regna cœleſtia revocaret, qui omni creaturæ ſuum juſſit Evangelium prædicari, ſicut per Prophetam promiſerat, virtutem multam evangelizantibus daret. Benedictus autem Dominus, qui ſperantes in ſua miſericordia non derelinquens ſpecioſos fecit pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona; extendens manus ſuas ad populum non credentem, non ſolùm usque in Idumæam, verùm etiam in Pruſſiam ſuum calceamentum extendit. Dans gratiam fratribus memoratis, ut ſint Miniſtri Chriſti in gentibus ſanctificantes Evangelium DEI, ut fiat oblatio gentium accepta, & ſanctificata in Spiritu Sancto. Sicut enim comperimus veridica relatione multorum, Dominus eis fratribus aperuit oſtium, ita ut per miniſterium eorundem, intelligentibus, qui non audierunt, & videntibus (quippe non fuerat nunciatum) multi ad cognitionem perveniant veritatis. "

Litteræ Pontificæ ad Univerſale Ordinis Ciſterc. Capitulum.

Licet autem eorum opera ipſis perhibeant teſtimonium: quia tamen Vos, ſicut accepimus, eos acephalos reputatis, quidam veſtri Ordinis Fratres, in illis partibus conſtituti, eisdem in hoſpitiis debita humanitatis ſolatia non impendunt: quinimò adeo verbis exaſperatis eosdem ut propter increpationes veſtras multiplices nonnulli eorum dicantur ab illis partibus abſceſſiſſe. Volentes igitur juxta PaſtoralisOfficii debitum eam in his adhibere cautelam, ut neque ſub ſpecie prædicantium valeant ſubintrare Evangelii aut fidei ſubverſores; nec propter ſuſpicionem hujusmodi, Evangelio DEI offendiculum præbeatur: Venerabili Fratri noſtro Gneſnenſi Archi-Epiſcopo, de cujus diſcretione fiduciam gerimus pleniorem, noſtris damus literis in mandatis, ut non ſubitò credens omni ſpiritui, ſed probans ſpiritus, ſi ex DEO ſunt, eos quos noverit eſſe idoneos ad prædicandum gentibus verbum DEI, & ad id ſtudio veræ charitatis inductos, vobis & veſtri Ordinis Fratribus, aliisque fidelibus Chriſti conſtitutis per Moraviam & Poloniam recomendet, & ſuarum muniat teſtimonio literarum. Quocirca vobis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eos, quos præfatus Archi-Epiſcopus vobis per literas ſuas duxit commendandos, non impediatis ullatenus, vel ab

aliis

aliis Ordinis vestri Fratribus permittatis impediri, quo minùs in " Evangelii prædicatione procedant, ut bajulantibus ipsis currat veloci- " ter sermo ejus, qui emittit eloquium suum terræ. Datum Agniæ " Calendis Augusti, Pontificatûs anno quinto decimo. Sic auctoritate Pontificiâ munitus Christianus fidem Christi cum sociis propagare per Terras Prusiæ irremissus institit, multis quidem conversis, sed pluribus Christianæ conversioni pertinaciter obnitentibus, aliis etiam impedientibus, optimum censuit, ut quos non potuit prædicatione sua suorumque Christo subjicere, armis Christianorum Principum subjiceret: quare non destitit verbo literisque ad tam sanctum obsequium, movere Principum animos, tantumque sic prædicatione effecit, ut plerique Principes, inter quos *Henricus Dux Silesiæ, Vratislaviensis* & *Lubussensis* cruce signati, cum copiosissimo Exercitu in partes Prussiæ auxilium Christiano Christianisque laturi convolârint, quorum ope Kelmensis & Lubaviensis Provinciæ in potestatem Christianorum redactæ; Christianusque Primus ibi Episcopus constitutus est, quo per eum deinceps Prussi ad Religionem adducerentur: assignatâ tum illi, tum ejus successoribus Episcopis Prussiæ, Terræ Kelmensis parte, prout habent diplomata superius allegata. Adjecit post hæc *Gedeon* Episcopus Plocensis, assentiente Collegio Prælatorum, *Tarnoviam*, quæ *Torunia* est, & *Papoviam* cum omnibus pagis & prædiis illas civitates attinentibus, omneque jus Ecclesiasticum, quod habebat in ditione Kelmensi donavit. Videatur *Chrysost. Henriquets* S. Th. Magister & Ordinis Cisterciens. Historiographus Generalis in annotationibus supra Menolog. Cisterciense. Demum cum hi Principes potentiæ Prussorum essent impares; è contra Prussi magis magisque irritatos præferrent animos non modò Christianus Episcopus, quod sibi datum, donatumque à Principibus fuit, amisit, sed insuper vicinæ Terræ Cujaviensis & Masoviæ grave per illos perpessæ sunt damnum. Ideo Conrado Duci Masoviæ svasor Christianus fuit, ut Fratribus Ensiferorum Livonibus adscitis *Dobrynensem* Terram ipsis concederet hac lege, ut Prussos ab incursionibus in Terras Poloniæ coercerent. Sed neque hoc ex voto cessit consilium: Majori Prussi exercitu Terras Conradi Ducis inundaverunt, easque frequentioribus irruptionibus adeo devastârunt, ut tandem Conradus adactus fuerit, operâ Christiani Episcopi *Milites Ordinis Teutonici* in Prussiam inducere, quibus *totum Terræ Kelmensis tractum* concessit, prout in superioribus demonstratum est. Cumque res Teutonici Ordinis adjuvantibus Polonis, aliisque Principibus prosperè successissent, Prussiæque maxima pars subjugata esset, misit Anno 1243. *Innocentius IV.* Pontifex Max. *Vilhelmum* Episcopum Mutinensem, cum Apostolici Legati munere, qui prævia limitatione Dioecesium, divisione Terrarum, quatuor Episcopatus fundavit, quæ Innocentius P. M. confirmavit, cujus acta hæc sunt.

I. *Literæ Sanctiss. Papæ Innocentii IV. ad Episcopum Prussiæ.*

Innocentius Episcopus, Servus servorum Domini, Venerabili Fratri, Episco-

Epiſcopo Pruſſiæ ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. His, quæ per dilectos filios, Fratres Hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum & alios Chriſti fideles facta ſunt in Pruſſiæ partibus, divinâ propiciante providentiâ, cum exultatione ſpiritus intellectis, & conſiderata terræ latitudine ibi per gratiam DEI acquiſitæ, Venerabili Fratri noſtro Wilhelmo Epiſcopo quondam Muthinenſi, Pœnitentiario noſtro apud Sedem Apoſtolicam, conſtituto in ipſius Pruſſiæ & Livoniæ partibus plenæ Legationis officium duximus committendum, eidem in ipſa Pruſſia & in terra Culmenſi limitandas Diœceſes ac ipſius Pruſſiæ terram dividendi per partes de Fratrum noſtrorum Conſilio, poteſtatem plenariam dantes. Ita Epiſcopus ipſe tres in Pruſſia & unam in terra Culmenſi, Diœceſes limitavit, ac tres partes fecit de terra Pruſſiæ, quarum dilectis fratribus duas, ferentibus præliorum anguſtias ac expenſarum onera, quos oportet, terrarum infeudare pluribus, deputavit, ita ut ſive unus Frater fuerit, ſive plures, duas partes terræ integræ cum omni proventu habeant. Et Epiſcopus ſive Epiſcopi tertiam ſimiliter integrè habeant, cum omni jurisdictione & jure, ſalvis tamen Epiſcopo in duabus Fratrum partibus, illis omnibus, quæ non poſſunt, niſi per Epiſcopum exerceri. Verùm cum nos limitationem & diciſionem hujusmodi duxerimus, auctoritate Apoſtolica confirmandas, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus una ipſarum Diœceſium Pruſſiæ, quam malueris, & parte tertia terræ ipſius Diœceſis contentus exiſtens, terras vel jura ad partem Diœceſis, quam eligendam duxeris, pertinentia infeudare, alienare vel dare absque ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ non præſumas, ſciens, quod quicquid de terra Pruſſiæ, vel terra Culmenſi, aut ipſius alienaſti proventibus, in irritum revocamus, & ex nunc inane decernimus; ſi quid contra inhibitionem noſtram ſuper prædictorum alienatione, de cætero attentabis. Si vero Diœceſem Culmenſem, elegeris tibi, de ipſa terra Culmenſi ſufficiat, quod in forma compoſitionis factæ ſuper terra Culmenſi per Te & Legatum eundem & dictos fratres, nec non ipſius Terræ incolas pleniùs continetur. Cæterum temporalia quæ Tibi, Epiſcopatûs jure, competunt, nomine noſtro ac Romanæ Eccleſiæ, de ipſius Legati manu accipias, confidentes te talem, ſicut Pontificalis dignitas, & religioſa requirit honeſtas, in omnibus redditurum, ut DEO & Eccleſiæ ſit ad gloriam, tibi redundet ad meritum, & Chriſti fidelibus de Pruſſia veniat ad profectum. Datum Avagniæ III. Calend. Ang. Pontificat. noſtri Anno primo.

2. *Literæ Pontificis M. ad Magiſtrum ac Fratres Ordin. Teutonici.*

Innocentius Epiſcopus, Servus Servorum DEI, dilectis filiis, Magiſtro ac Fratribus S. Mariæ Teutonicorum Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Limitum Diœceſium Pruſſiæ conjunctæ ſibi Terræ Culmenſi ac diviſionem terrarum ipſius Pruſſiæ, quas de

„ mandato noſtro apud Sedem Apoſtolicam provida deliberatione „ præhabita fecit Venerabilis Frater noſter, Epiſcopus Mutinenſis, Pæ- „ nitentiarius noſter, in partibus illis Apoſtolicæ Sedis Legatus, prout „ in ipſis literis ſuper hæc confectis pleniùs continetur, ratas habentes „ & firmas eas Auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis Pa- „ trocinio communivimus. Tenorem autem literarum ipſarum præ- „ ſentibus de verbo ad verbum fecimus annotari, qui talis eſt.

GUILHELMUS, *miſeratione divina Epiſcopus Mutinenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, omnibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, In nomine JESU Chriſti. Noverit univerſitas veſtra, quod Sanctisſimus Pater, Dominus* Innocentius Papa IV. *inter alia, quæ ad Legationis officium pertinent, commiſit nobis, in ejus præſentia conſtituto, ut limitare poſſemus diœceſes, intra terminos noſtræ Legationis & Epiſcopos inſtituere in iisdem, cujus auctoritate de Regionibus jam converſis limitavimus ſic Diæceſes in Prusſiâ.* Primam enim Diæceſim *limitavimus* de Terra Culmenſi, *ſicut circuiunt tres fluvii Viſtula, Drwenca & Oſſa, ita quod in eadem Diœceſi Lubavia includatur. Veruntamen in Terra Culmenſi ad Epiſcopum, qui pro tempore fuerit, pertineat illud duntaxat, quod de communi Conſenſu & voluntate Epiſcopi Prusſiæ, ac Fratrum Hoſpitalis B. Mariæ Teuthonicorum, & hominum in eadem Terra Culmenſi manentium ordinatum fuit, quando primò ad habitationem illius deſerti homines intraverunt. Videlicet una menſura* tritici de uncö, & inſuper ſexcenti manſi *de Terra competenti vel competentibus locis ipſius Terræ* Culmenſis. Secundam verò Diœceſim *limitavimus, ſicut claudit Oſſa, Viſtula, & Stagnum Drauſen, aſcendendo per flumen de Paſſalve, ita quod Inſulæ de Zuidino* & Santeri, *in eadem Diœceſi habeantur.* Tertiam *quoque limitavimus ſicut claudit* recens mare *ab occidente ad flumen quod dicitur* Prægora, ſive Lipſa, *ab Aquilone ad ſtagnum prædictum* Drauſen, *à meridie aſcendendo per prædictum Peſſalvienſe flumen contra orientem, usque ad terminos* Litvinorum. *De non converſa Terra autem Prusſiæ jam dictæ limitavimus* Quartam Diœceſin, *ſicut claudit mare Salſum ab Occidente & flumen Memele ab Aquilone & meridie flumen Prægora, verſus Orientem, usque ad terminos Litvinorum; ita quod prædicta flumina omnia communia ſint Diœceſibus, quæ ipſis fluminibus terminantur. Præterea, quia fratres prædicti totum pondus expenſarum & præliorum ſuſtinent, & quia multis oportet illos infeudare Terras, ſic diviſimus Terras Prusſiæ, ut, ſive unus fuerit, ſive plures fratres, duas partes integrè, cum omni proventu habeant, & Epiſcopus ſive Epiſcopi* tertiam integram, *cum omni jurisdictione & jure, ſalvis tamen Epiſcopo in duabus partibus Fratrum, illis omnibus, quæ non poſſunt niſi per Epiſcopum exerceri. Verùm ut hæc Terrarum diviſio effectum debitam conſequatur, ipſa in nomine JESU Chriſti fiat primò juxta voluntatem & conſenſum Epiſcopi ac Fratrum Hoſpitalis ejusdem, & ſi concordia intervenire non poterit, tunc Epiſcopi eligant communes amicos, per quos hujusmodi diviſio fiat. Et ſi taliter concordare non poterunt, tunc ipſi Fratres, quia Terra ipſis notior eſt, dividant, Prusſiam in tres partes, & de una ipſarum partium habeat Epiſcopus optionem, vel ſi forte ipſe noluerit eligere, quæ pars ex illis tribus cedat E-*

dat E-

dat Episcopo, sicut sortes dederint, terminentur. In cujus rei Testimonium præsens scriptum Sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum Avangniæ Anno Domini M. CCXLIII. die IV. Julij Indictione I. Pontificatus ejusdem Domini Papæ Anno I.

Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI & BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Anagniæ VIII. Idus Octobr. Pontificatus nostri Anno primo. "

Hæc omnia rati habuit *Carolus IV.* Imperator Romanus in *aurea Bulla* edita Anno 1372. 8. Calend. Septembr.

Tantum unius viri Zelus & Religionis ardor contulit ad conversionem Gentis Prussicæ: tantum Orbis Christianus uni Christiano debet, quantum ille Unus Ecclesiæ S. incrementum protulit. Sed & Terra Prussiæ tantum Olivæ debet, quantum de pingvedine Cælesti, per unum illius Professum, verè Christianissimum accepit in animis. Illi debet, quicquid avitæ felicitatis & gloriæ possidet in Religione S. Noverit Parentem Apostoli ac Proto-Præsulis sui, hunc verè amet veneretur.

Post Fata Christiani hujus, iterum Prussi rebelles fidei Sanctæ, ad pristinam relabuntur idololatriam, nihil arma Teutonicorum veriti. Facta rebellio quinquies. 1ma. Contigit Anno 1240. Auctore Sventopelco Duce Pomeranorum, duravitque triennium. 2da. Anno 1260. in qua singulæ Provinciæ Ducem sibi elegerunt duravitque annis 15. 3tia. Tempore Hermanni ab Heldumg & duravit septennium [a] 4ta. Ao. 1286. duravit annum integrum, [b] Quinta tandem 1296. [c] Ab hoc tempore adhæsit Prussia fidei Christanæ, quæ tamen mutato Ordine Teutonico mutata est Anno 1525. Lutheri amplexa Doctrinam paucis Ecclesiæ Cathol. adhærentibus. Horum tamen numerus in utraqne Prussiia, & Regali & Ducali in dies crescere videtur. *Rebelliones Prussorum.*

CAPUT V.
De Alanis.

§. I.
De Alanorum Nomine ejusque derivatione.

ET Alanorum, non secus ut Gothorum nomen celebre. Hi Marcellino [d] *Halani*, Pomponio Læto, *Alani*: olim ex mente Marcellini *Albani*: Joanni Magno *Alandi*: aliis *Alauni* dicti. *Nomen Alanorum variat.* Unde nomen? non facile constat. Authoribus omninò dissentientibus. *Unde derivandum?* *Marcellinus*, ex *montium Alanicorum* appellatione cognominatos censet, qui paulatim conterminas nationes, frequentiâ victoriarum attritas ad gentilitatem sui nominis traxerunt. Alii à fluvio *Alano* in Scythia Sarmaticos dictos esse putant; Eò alludere videtur *Martialis* [e] Canens. Nec

a Dysburg. p. 3. Chron. c. 187. b id c. 220. c id c. 255. d lib. 23. pm. 717. e lib. 7. Epigram. c. 29.

Nec te Sarmatico transit Alanus equo.

Sunt qui ex Græco verbo ἀλάομαι, i. e. *erro*, *vagor*, vocem derivant, quibus Alani erunt, quasi *vagantes populi*. Hornio [f] Alanorum nomen ab *Abdalis* descendisse videtur, de quibus cap. sequenti §. 2. de Hunnorum gente. Recentiorum quidam à voce, Sarmato ferè omnibus communissimo *ale* (Polonis *ala*, vel aspiratum *Hala*, pro quo Scythæ nostrates hodie barbara sed communi voce *Haia* dicunt.) Alanos dictos putant; quod voculam hanc hi Sarmatæ in ore ut plurimum habuerint. Non improbabilis videtur sententia illorum gentem hanc ab *Alana fluvio Prusiæ* Principe, cujus fons prope vicum *Alanam* emergit, Germanis *Alle* dictus, appellatam volunt. Certè fluvius hic, totam ferè Prussiam permeat, nobilioresque civitates Prussicas alluit; ejusque accolæ adhuc à vicinis vocantur *Alani* & *Alauni*. Ad hunc fluv. Alle, Principes olim Prussorum Weidewuitum & Prutenum, quos Erasm. stella [g] Wijuc Kajal [h] Alanos vocant, resedisse, atque ex illo aquam, pro cerevisia coquenda (quam artem primus Prussos *Weidewuitis* docuisse dicitur) hausisse, probabile multis videtur: unde & *Cerevisia lenis & albicans*, apud Nadravos & Alle fl. accolas adhuc ab aqua, ex amne hoc Alle hausta, *Allus* dicitur. Vid. delic. meæ. Videtur hæc sententia probari posse, ex ipso Ammiano Marcell. [i] qui Alanos in hoc Terræ tractu ponit, de quo in §. seq.

Alle flu. Prussiæ.

Cerevisiam coquare docuit Weidewuitis.

Allus Cerevisiæ.

§. II.

De Patria & genuina Alanorum sede.

Differentes omnino reperio Autorum sententias, de hac materia. Marcellinus l. c. in assignandis Alanorum locis mirè fluctuare videtur. Jam eos ad *Ponti Euxini dextrum latus*, jam ad *Insulas Phanagonum* (vanagonum) & *Hermonassa* ponit; ibique conjungit cum *Roxolanis*, *Jazygibus Melanchlænis*, *Gelonis*, *Agathyrsis*. Mox lib. 31. adjungit *Chunis*, non procul ab *Istro*. In eodem libro alibi ponit ad *montes Alanos*, alibi ad *Mæotica Stagna*, & *Cimerium Bosphorum*; deinde ad *Mediam* & *Armeniam*, quo venando eos excurrere dicit. Mox [k] conterminos facit *Arismaspis*, quos amnes *Chronius* & *Bisula*, i. e. *Niomon* & *Vistula*, præterfluunt, adeoque *Massagetbis* vicinos & *Sarmatis*. Jam *Europæos* istuc. populos dicit, qui cum *Costibocis* & aliis *Scythis* porriguntur *ad usque Terras, quibus termini incogniti, distentas*: Alibi Alanos *Tanaitis* conterminos facit, *diffusos per populos & numerosas gentes*, *Asiaticos vergentes in tractus* ad usque *Gangen*, ibique divisos *per utramque mundi plagam*, *diremptos spatiis longis per pagos vagari immensos*. Tantus Auctor, qui cum Alanis versatus, cum iisdem bella gessit, totque annis post Christi natales vixit, patriam Alanorum sedem haud benè cognitam habuit; quid statuendum erit de superiorum seculorum Auctoribus? Palam tamen inde colligitur, Alanos nomen

De situ Alanorum.

Sensus Marcellini.

f lib. 3. Amer. Orius c. 4. g lib. 2. Antiquit. Pruss. h lib. 1. part. 1. Hist. Lietv. i l. 22. pm. 342. k lib. 22.

men suum & in Europa & in Asia propagasse. Procopius haud procul à Scythia illos ponit. Cùm autem Scythiæ situs dubius sit non facilè erit, ex illo veram Alanorum patriam indagare. Cœterum *Veteres* communiter miscent *Alanos*, *Gotis*, *Vandalis*, *Scythis Hunnis*, quare & illis, necesse erit, vel Gothiam vel Gothiæ confinem terram assignare. *Leonicus Chalcondylas* ad *Caucasum* Alanos imperium suum extendisse dicit. *Lucanus* [m] ad *Caspia claustra* ponit. *Procopius.* *Veterum.* *Leonici.* *Lucani.*

---- ---- -- Peterem cum Caspia claustra
Et sequerer duros æterni Martis Alanos.

Claudianus adsignat illis *Mœotin* lib. 1. in Ruff. *Claudiani.*

---- -- Patriamque libens Mœotin Alanus.

Ante hos ipsos, *Ptolomæus* conterminos facit *Galindis Sudinis*, *Stavanis*. Joannes *Magnus* [n] existimat, omnem Alanorum Originem commodè posse referi, ad illam gentium vaginam scilicet *Scanziam* seu Scandinaviam, eosque fuisse *Alandos*, ab Insulis Alandicis dictos, qui nunc in mari Balthico, intra Scandeam & Finningiam habitant. Ab illis putat insuper dictos esse *Roxolanos*, quasi dicas *Russos Alanos*. Sic & *Pastorius* Vandalos putat dici quasi *Vand-alanos*. Hoc sensu *Kojalovicius*, *Lietvanos* veteres Alanos indigitat, primumque Prussorum & Lietvanorum Principem *VVeidewuitum* facit *Alanum*. Salva cujusque virorum Auctoritate, meus in hac sententiarum diversitate de Alanis hic sensus est. Alanorum gentem ad *Gothicos* referendam esse *populos*, cum scriptorum infra citandorum Auctoritas; tum ipsa gentis hujus cum Gothis, Vandalis, cæterisque populis in Religione & lingva unitas, in moribus conformitas, in bellis societas palam ostendit. Alani nempe præfatis conjunctis viris viribus, contra Roman. Imperium militasse sæpiùs referuntur. Probatur hic meus sensus Auctoritate virorum, quibus par atque aliis debetur fides 1. *Procopius* in Vandalicis, expressè Alanos inter Gothicos populos recenset, qui cum Vandalis & Germanis Rhenum transgressi, in Hispania habitarunt. Eò alludere videtur Sidonius Apollinaris in Panegyr. Anthemij. *Ptolomæi.* *Joann Magni.* *Pastorij.* *Kojalovicij.* *Wiedewuitis Alanus.* *Alani Gothi.* *Probatur. 1. ex Procopio & Sedonio.*

In regnum duo regna vocant nam Patre Suevus
A gentrice Getes, simul & reminiscitur illud
Quod Thartesiacis avus hujus vallia terris
Vandalicas turmas, & juncti martis Alanos stravit. &c.

2. Egnatius, in Valente, bellum, quod Gothi contra Valentem Imperator. Romanum gesserunt, adscribit quoque Alanis, quos ibidem etiam Gothos appellat. 3. Quos Pomponius Latus *Hunnos*, *Alanos*, *Nomades* vocat, contra Valentem bellum gerentes; hos Paulus *Diaconus* lib. 1. appellat *Gothos*. 4. Certum est, populum qui Gallias Hispanias occupavit, fuisse Gothos, ipsisque Gothis, tanquam nationi generatiori ac principaliori, Imperium horum Regnorum esse collatum. Sub quibus tamen, tanquam specialis gens memorantur *Alani*. Ita sub *Alhaulpho* Gothorum Rege, Alani Ao. 412. *Gallias* cum Gothis ocupârunt, ac deinde *Hispaniam*, in quo Regno Alani & Vandali, sorte obtinuerunt *Lusitaniam* & *Carthaginem*. Baron. ad Annum *2. Ex Egnatio.* *3. Ex Pomponio Lato & aliis.* *Alani sub Gothiis.*

 Chri-

a Lib. 8. *b* Lib. 15. Hist. Goth. sver. c. 19.

Christi 412. 5. Quia *Alani unà* cum *Gothis linguâ*, *iisdem ritibus*, *religione*, *eodem militiæ genere* usi sunt, quod *Procopius* & *Marcellinus* [n] testantur. 6. Mitto, quæ communis est sententia Doctorum, *Cathaloniam* ideo sic dictam esse, quod sit *Gotho-Alania*. Unde tamen sequitur, unum cum Gothis populum fuisse Alanos. Sed num in Lietvaniâ, vel Prussiâ? num in Confiniis Tamaidis in Ukrainâ, propriè resederint? non facilè dixerim, cum res hæc meris nitatur conjecturis. Probabilis mihi videtur eorum conjectura, qui illos in *Prussia* & *confiniis Lietvaniæ* collocant. Rationes mihi sunt 1. *Ptolomæus* Alanorum meminit *prope Galindos Sudinos* & *Stavanos*. Galindos verò & Sudinos populos fuisse Gotho-Prussicos, patet ex situ locorum, quæ *Ptolomæus* ipsis assignat, & adhuc revera in Prussia & in confiniis Poloniæ & Lietvaniæ reperiuntur. *Stavanorum* nomen errore librariorum pro *Slavanis* seu *Zalavanis* scriptum esse viris videtur doctis. Vid. Hartknoch [o] 2. *Procopius* Alanos *Gothicum genus* appellat. Gothorum autem primaria & antiquissima sedes juxta *Thimæum Plinianum* fuit in *Prussiâ*, succini Dominâ. Quare nisi in insula succiniferâ, hæc gens fuerit certè in Terra Prussiæ contigua, seu contermina debuit consedisse. 3. *Marcellinus* c. 1. expressiùs nobis sedem Alanorum & quidem in modò dictis locis designat nimirum Alanos juxta *Bisulam* i. e. *vistulam*, & *Chronium* i. e. *Niomen* fl. seu *Memmel* habitâsse. Verba Autoris adscribo *Ergo in ipso hujus compagis exordio ubi Riphæi deficiunt montes*, *habitant Arimaspi* justi *homines*, *placiditatequè cogniti quos amnes Chronius & Bisula præterfluunt*, *juxtaque Massagethæ*, *Alani*, *& Sarmatæ aliique complures obscurri*. Ex quibus patet, habitasse eos in eo tractu terræ, qui & juxta Chronium & Vistulam. In quo tractu adhuc sunt *Populi*, nomen *Alanorum* retinentes, qui ad fluv. *Alle* (mediis & inter Vistulam & Chronium totamque fere permeat Prussiam) resident. 4. Alibi adnumerat Idem Alanos Sarmatarum nationi, quæ est littori juncta, quod *Coracem* fl. suscipiens in æquor ejectat extremum. Per fluv. Coracem intelligi potest fluv. Prussiæ *Jcera* seu *Skorac* qui & ipse fluvius alle. Nomen autem illud (alle) amittit, ubi recipit fluv. *Instint* sicque unitus ille fluvius, teste Hennebergero in voce Pregel) vocatus & olim *Cara* seu *Scæra* modo *Pregela* audit. Et hic fluvius mediante æstuario se evolvit in æquor extremum, scilicet Scyticum seu mare Balthicum. Equidē Marcellinus certam hac de re notitiam habere non potuit, prout ipse fatetur, qui nec horum populorum nomina, mores & sedes habuit cognitas, patet tamen ex his, Alanos in hoc terræ tractu, inter Vistulam & Niomen degisse. Juxta hos populos dicit ille habitare Masogetas, quo nomine vel *Masovios* prout Sarnitius vult vel *Zamogehsthas*, quos Massogetharum nomine Marcellinus appellare videtur, Hartknoch c. l. intelligere possumus. 5. Consentiunt nobiscum Autores recentiores inprimis *Matthias Strykowsky Kojalowicius Erasmus* Stella, *Jodocus Ludovicus Deovus*, *Joannes Aubanus* &c. Hi cum Chronicis Prussicis plerisque dicunt Alanorum Principem fuisse *VVeidewuitum* scil.

Situs Alaniæ Sarmatiæ. In Prussiæ Lietvaniæ & Poloniæ confiniis.

[n] l. 22. p. 699. [o] Differt. 2. & 3. de Originibus & Populis Prussicis.

scil. illum primum Prusso-Legislatorem. Certè ante multa secula, prima Imperii Prussici (quod amplitudine non cessit illo tempore, Imperio Romano hodierno) sedes fuit in *Nadravia* Prussiæ, illa scil. parte, quam fl. Alle alluit conterminaque est Magno Ducatui Lietvaniæ & Masoviæ vid. Petrum à Dysberg. in Ch. Pruss. c. l. 6. Denique sunt & mores Alanorum Gothorum veterumque Prussorum fere iidem, de quo §. seq. & alibi demonstrabitur.

§. III.
Respondetur ad Dubia Ch. Hartknochii.

Hartknochius, nostræ antea Patronus sententiæ, dubius à Marcellino, ut ingenuè fatetur, redditus, non putat Alanos in Prussia consedisse. Rationes illius præcipuæ sunt. 1. *Alanos fuisse semper bellicosissimam nationem, Prussos autem nonnisi postremis temporibus, armis consuevisse.* 2. *Alanos conficere solitos esse loricas optimas ex ære, quod habebant, quod de Prusfis dicendum non est.* 3. *Non eosdem Alanorum & Prussorum ritus sacros profanosque fuisse*, de quo Marcell. l. 31. testatur. Respondeo ad 1. Alanos quidem nationem fuisse bellicosissimam, sed quis deneget id Prussis veteribus, nisi veritati refragari velit: licet namque Prussorum nomen eo tempore, quo Nomen Alanorum viguit, orbi Erudito non innotuerit; tamen in Prussia Gothos consedisse Plinius & Tacitus clarè testantur. Gothi autem quod bellicosissima semper sit habita gens, extra omne dubium est. Martiam enim illorum mentem & manum demonstrant tot toto fere terrarum Europæ Asiæque ambitu susceptæ expeditiones bellicæ, & expeditæ victoriæ de quibus fusiùs alibi. Neque obstat, quod Prussi *fustibus plumbatis* pro armis usi sint in bello. Nam & *Æstii*, qui iidem cum Gothis sunt, *rarum ferri, frequentem vero habuisse fustium usum*, refert Tacitus. [p]

Prussi Antiquitùs bellicosissimi.

Fustes plumbatæ Prussorum, Gothorum, Æstiorum.

Imo ipsos *Gothos* bellicosissimos etiam fustibus pro armis usos fuisse, probat Loccenius. [q] *Fennis* seu *Phinnis*, à quibus Prussos suam traxisse Originem vult Hartknochius [r] non arma, non equos non penates adscribit idem, sed *sagittas solas*, quas inopia ferri *ossibus*, asperabant: attamen *miram* iisdem tribuit *feritatem*, quodve latrociniis, omne id locorum, quicquid inter ipsos & accolas Silvarum ac montium porrigitur infestârint. Neque enim officit, quod Helmoldus & Jornandes de *Vidiariis*, in Insulis ad Vistulæ ostia habitantibus, dicant, quod scil. *pacatum hominum genus fuerint.* Nulla quippe natio est, in qua diversitas non inveniatur ingeniorum; sed nos de communi gentis ratione hìc agimus. *Germanorum* bellicosissimum animum quis nescit, & tamen Mela lib. 3. c. 3. laudat eorum *mansvetudinem* & *Clementiam.* Tacitus *fidem*, Julianus Cæsar in Misopotone, *Hospitalitatem.* Sic & *Prussorum* laudatur *Hospitalitatis pacisque amor*; hac tamen laude nihil derogatur *bellico eorum studio.* Scilicet non lacessitis pacem

Fennorum feritas.

Vidiari putati, quo sensu dicantur.

Virtutes Prussorum & Germanorum.

p lib de mor. Germ. c. 45. q lib. 3. Antiquit. Sveo-Goth. c. 2. r Differt. 18. p. 383.

pacem coluerunt hi Istulani Vidiarii, cæterùm bellicosi satis & intrepidi, ubi ab aliis lacesiti fuere. Et hoc est generosarum mentium. Sub idem tempus, quo Adamus Bremensis de Prussorum comitate pacisque studio scribit, Prussi graves bello Polonis fuerunt, quorum urbes ac loca multa armis occupârunt, quæ multis annis retinentes, tandem sub Zemovito aliisque Poloniæ Principibus restituere coacti sunt potentiori armorum vi. Vid. Herburti.[s] Adeo non tantùm tempore Ordinis Teutonici, sed longè ante formidandi fuerunt Polonis. Ita enim *Vincentius Kadlubko*,[t] Antiquissimus Polonicarum rerum scriptor, de Prussis: *Intrepidi*, inquit de Polonis, *bellum quærunt, diu quæsitum nusquam reperiunt*: *cunctis hostium* (i. e. Prussis) *in delubris & speluncis delitescentibus, non tam timoris pusillanimitate, quam* cautelæ industriâ. *Sicut enim in arte exercitatissimi, sed in plano nulli, plus arte quam viribus, plus audaces temeritate, quam animi virtute.* Hic Auctor, non satis ut videtur, Genti Prussicæ æquus, Prussos non ut timidos latebras quæsiisse testatur, sed ut cautos artibusque bellicis deditos, id fecisse. Idem[u] memorabilem, quam Prussi de Polonis medio Seculi XII. obtinuerunt refert *victoriam*. Erant, inquit, apud *Boleslaum IV.* in castris *Pruteni quatuor* ex nobilibus, qui sic jam fidem Boleslao probaverunt, ut iis Ducibus in expeditione ista uteretur. Hos Pruteni clam, donis majoribusque promissis per certos homines, qui & ipsi transfugâsse simulaverant, ad proditionem pellexerunt. Tempus & ratio proditionis constituitur. Poloni pervenerant ad *Sylvestria quædam palustria & uliginosa loca, quæ in speciem herbida, limosos abscessus & voragines occultabant.* Circa hæc latitabat Prussorum exercitus. Ibi transfugæ magnum numerum pecoris ad ea loca compulsum esse, magnam hominum multitudinem, cum facultatibus suis se recepisse affirmant, persuadentque Principi, ne prædam illam opimam contemnat. Ubi primum agmen, quod Henricus Sendomiriensis Dux, frater Boleslai, ducebat, ægrè aliquantulum progressum esset dictitantibus transfugis, eam brevem difficultatem esse. Ibi signo dato Pruteni pedites, undique è latebris prosiliunt, & sagittas omnisque generis tela in impeditos conjiciunt. Flos hic nobilitatis Polonæ cæsus viresque Polonorum multùm diminutæ sunt. Conf. Sal. Neugeb.[w] Mitto *domestica encomia*; sufficit, quod uno ore Sarmatici scriptores de Weidewuito habent, primo Prussorum legislatore, quod leges hospitalitatis, agrorum culturam, & ea, quæ pacem inducunt, ut à continuis bellis populum averteret, instituerit. Et certè Prussi antiquis veniunt plerumque nomine *Scytharum*; de his autem vetustissimus Auctor Herodotus habet, quod *bellicosissimi fortissimique semper sint habiti, ab alieno Imperio aut intacti aut invicti.* Ad secundum, quod *juxta Laonicum Chalcondylam Alani loricas ex ære, quod habuerunt, confecerint.* Respondeo intelligendum id esse, non de nostris Prussiæ accolis, *sed de Alanis, qui relictis Patriis in Prussia Sedibus, exteras quæsiverunt Terras*; imperiumque & nomen ad *Caucasum* usque protende-

Prussi Polonis bello graves.

Prussorum victoria de Polonis.

s lib. 1. Hist. c. 4. pm. 20. *t* lib. 4. Chron. Pol. c. 19. *u* lib. 3. Chron. Epist. 31. p. 344. seq. *w* lib. 3. Hist. Pol. p. 107.

tenderunt. De his itaque ad Caucasum degentibus, non de cæteris Alanis, (*variæ* quippe *fuerunt Alanorum nationes*, quas *crebritate victoriarum*, teste Marcellino *ad gentilitatem sui vocabuli traxerunt.*) refert *Laonicus.* Nimirum *ibi* Alani nostri æra invenerunt, & cum ingeniosi sint Alani Prussi; facilè ex ære loricas conficere potuerunt. Ad id, quod *tertio loco* nobis oppositum est facilè respondemus. Ad *mores sacros* quod attinet. Ammianus c. l. refert, apud *Alanos templa vel delubra non haberi: gladium eos nudum humi figere*, eumque ut *Martem*, regionum, quas circumeunt, præsidem verecundiùs *colere: futura miro præsagire modo: incantamentis quibusdam secretis*, præstituto tempore, quid importetur, *nosse* &c. Hæc omnia apud Prussos, quam maximè viguisse, extra omne dubium est, quod fusiùs in Deliciis Antiquit. Pruss. & alibi demonstrabitur. Scilicet, non Templa vel delubra Prussos habuisse, sed in arboribus lucisque sacris, penates coluisse; futura miro præsagiisse modo & adhuc præsagire plurimos in Prussia, Zamogethia, &c. incantamentis pleraque pernoscere. De *gladio* notandum id venit, quod à Krywe summo sacrorum in Prussia olim Præsule, signum propositum, sive gladius illud fuerit, sive lignum aliquod verecundè Prussi coluerint, ad nutus sui Præsulis parati. *Ritus profanos* aut *civiles mores* quod concernit. Resp. eosdem antiquitus fuisse Prussis, quos & Alanis: scil. *nulla* iis versandi *Vomeris cura* inerat; *carne* & *copiâ lactis* victitabant; *plaustris* supersedebant, *vaga* incolebant *tuguria*, *armenta* præ se agebant, *equitandi* usu à prima pueritia prævalebant; *peditem agere*, existimabant vile &c. Hæc omnia Prussis genuina fuisse, ex Sarmatarum antiquorum, atque etiam hodiernorum continua praxi & vivendi modo abunde constat, de quibus Kadlubko, legendus & Delic. meæ. Ex his palam est, Sententiam *Joannis Magni* non magni videri esse momenti, scil. quod Alani nostri fuerint *Alandi Sveci*; quamvis enim Jornandis Deuxippi & Ablavii videatur niti Auctoritate, non tamen prævalet, cum & his rebus antiquiores illis omnino sileant.

Mores Prussorum & Alanorum iidem. Ritus sacri. Pruss.

Ritus Profani.

Joann. Magnus refellitur.

§. IV.

De Bellicis Alanorum Expeditionibus.

Bellicosa Alanorum Gens, *oculorum temperata torvitate terribilis* [x] non in otio dies suos transegit, periculorum bellorumque amans. Imprimis laudatur *Alanorum velocitas* à Marcell. [y] e quibus ob velocitatem quidam dicti sunt *Greitungi*, i. e. *veloces* [z] id ducto nomine à *Greitas* voce Gotho-Sarmatica, quæ vox in Zamogethia, Nadravia, Cecronia &c. Denotat *velocem*, *celerem*. Similiter Alanorum Rex dictus est *Vitevicus*, cujus nomen à *wiju wyti*, *cursu persequi* deducitur. Scil. quod strenuè in persequendis hostibus se gesserit. Idem Marcellin. c. l. Alanorum bella cum *conterminis* refert, quos crebritate victoriarum ad nominis sui traxerunt gentilitatem. Bella quoque cum *Hunnis* peracta, ad *Dniestri* litora (Niester est fluvius in Russia Polonica)

Alanorum velocitas.

Greitungi.

Vitevicus Rex Alan.

Bella Alanorum cum vicinis.

Cum Hunnis ad Niester fl.

T

x Marcell. c. l. y l. 31. z Ibid. pm. 697.

nica,) ubi potenter Hunnos represserunt. Cæterum Pomponius Lætus, Osorius & alii Antiquit. A. A. Alanos cum *Vandalis Gothisq;* conjungunt, adeoque expeditiones bellicæ, quas Vandali Gothique perfecerunt, nostris Alanis quoque adscribenda erunt; atque imprimis celebris illa Victoria, quâ Gothis conjuncti, contra *Valentem* Imperat. Rom. quem in tugurio combusserunt, potiti sunt. Cœlius describit victoriosum Martem, & secundas deprædationes cum Romanis ad *Istrum*, in *Pannoniis*, *Epiro*, *Thessalia*, *Thracia*, in qua Constantinopolim obsederunt. Baron. circa Annum Chr. 412. Illorum refert bellicam expeditionem in *Gallias*, *Hispanias*, *Lusitaniam*, quo duo posteria regna Sorte Alani obtinuerunt. Orosius habet, quod sub *Genserico* Vandalorum Rege *Affricæ* partem sibi subjecerint. Hæc in tam dissitis Terris confecta prælia, tot tantæque de diversis populis relatæ Victoriæ, Martium generosæ Alanorum mentis fervorem, qui nondum in Lietvanis & Prussis exstinctus est, demonstrat. De illis Marcellinus citatus quoque habet, quod ignoraverint, quid servitus sit. Plura de Alanis scire qui desiderat, legat *Marcellin.* lib 22. & lib. 31. *Caspar Berthici* in Notis ad Gvilh. *Britonis* lib. 1. Philip. v. 123. p. 29.

Alani Gotis Vandalis conjuncti. *Cum Romanis.* *Ad Istrum.* *In Græcia Thracia.* *In Galia.* *Hispania.* *In Africa.*

CAPUT VI.
De Hunnis.

§. I.
De Nomine Hunnorum.

Hunnorum Nomen variat.

H*Unnorum Nomen*, in Antiqua Historia celeberrimum, *varias* ab Authoribus accipit *appellationes*. Dicuntur *Hunni* & *Unni*, Pomponio Læto, Blondo, Callimacho in Atticis. *Chuni* Nicephoro lib. 18. c. 30. & *Cuni*, qui eodem teste, l. 18. c. 8. *Neuri* vel *Nebri* à Niestr. fluv. Russiæ nostræ apellabantur. Persis dicti sunt *Turcæ*, teste Simveato, apud Eustatium item *Magyari* Nicephorus c. l. Pomponius Lætus nomen Hunnorum cum Alanorum nomine commutare videtur, qui ipsos nomine *Tataroni* & *Nomadani* appellare non veretur. Unde venerit nomen? nemo antiquorum quod sciam exposuit. Recentiorum quidem à voce Gothica *Unna*, i.e. *aqua*, derivant: vel quod ad *Mare Glaciale* terras incoluerint, ut Marcellinus lib. 31. refert, vel quod in *undosis palustribusquè degerint locis.* Reflectendo ad Vocem *Chuni* vel *Cuni*, *Dieczelius* meus, vir non ineruditus, putat derivari posse à voce Gotho-Sarmatica *Kuinas*, vel polonico *Kun*, quod *equum* denotat. Scilicet Hunni, quasi equestres animæ fuerunt ipsi. Et profectò certum est, Hunnos cum Alanis commune hoc habuisse, ut incedere pedibus vile existimarent; quare juventutem ad equitandi usum à prima pueritiâ assvefaciebant. Moris autem apud Sarmatas semper fuit à tali argumento nomen sibi suisque imponere. Ita primum Lietvanorum Principem apud Okolscium legimus Kunum dictum, quòd equis sæpissimè *sit vectus equitatumquè* amaverit. Atque ideo ab

Derivatio Nominis. *Primum Lietvanorum Princeps Kunus.*

ab antiquo videtur aſſumptum à Lietvanis inſigne gentis ſuæ *Pogonia* dictum. *Eques & armatus quaſi hoſtem incitato curſu perſequens.* Nimirum gens hæc, ſicut & Polonica & omnis ferè Sarmatica, equitatu domi militiaque gaudet. Unde usque hodie Poloni nobiles, Equites dicuntur, & Nobilitas Ordo Equeſtris. Imò, *Equitatus militaris Miles Polonus* in Regno dicitur, ſicut *peditatus miles* dicitur *Extraneus* ſcil. vel *Germanicus* vel *Hungaricus.* Quaſi Polonus Nobilis ad Equum naſcatur, tantùm. Idem genius eſt *Ruſſiacis*, genti bellis ſtrenuæ & exercitatæ, inter quos eminent *Coſaci* militares ſed Equeſtres animæ. Eadem mens & mos eſt Schytis noſtratitus, quibus equo depugnare congenitum & ab antiquo ſolitum. Ab eodem argumento nonnulli Sarmatiæ noſtræ Principes ſua ſunt ſortiti nomina. Sic à *Curſu Viteu*, ab equitatu *Jagellò* dictus eſt. Sed & inſignis ille *Coſacorum Zaporovienſium Præfectus* antea *Legionum*, deinde *Dux* à Sereniſſimo noſtro poſt Victoriam Viennenſem deſignatus Kunicky. Hinc celeberimis tot victoriis in Tartari Bialogrodienſi relatis deſumpſit nomen, ut palam eſt. Videatur Michael Ern. Dlugoſſus in Auguſto Viennenſi Magni Joannis III. ad finem. Huc referri poteſt Illuſtris *Kunigkiorum* familia, Martis & artis gloriâ inſignis. It Familia *Kunicciorum* & aliorum. Similiter Hunni videntur accepiſſe nomen, quod ad inſtar equorum ipſimet *ad pernicitatem leves ac repentini fuerint*, uti oculatus teſtatur Marcell. c. l. p. 687. Sic & *Phrungundiones* alioſque populos ab eodem argumento nuncupatos fuiſſe, in ſeqq. demonſtrabitur.

Poloni Equites.

Coſaci.

Phrungundiones.

§. II.
De Hunnorum Gentis Magnitudine.

Magna *Hunnorum Gens* Eruditis audit [a] quæ ſcil. ſuo nomine complexio & juxta Hornium *Alanos, Avares, Saberos Ungros, Turcas Tataros Fennos, Luccumores, Fingœſios, Molgzamios*, & quotquot glacialem accolunt Oceanum barbaros. Eodem fere ſenſu *Nicephorus* lib. 18. a 30. contiguas facit potentiſſimas has gentes: ſcil. *Turcas, Abares, Mucritas Sogores, Veros, Cunos, Barſales, Unigeros, Saberos. Cedrenus Turcas* Hunnicum genus vocat, ut & *Simocatus* citatus Aliàs *nomina Hunnorum* & *Tatarorum* convenire videntur; nimirum: Tatari in ſuas hordas diviſi, *Mogores* dicti ſunt, & Hunni ſua lingva *Magyari*, nomenque Hunnici Regis *Moagerus.* Cæterùm *Avares*, gens quoque Hunnica habetur. Horn. c. l. p. 262. juxta Nicephorum lib. 14. c. 56. pars *Gepidarum* & *Gothorum.* Meminit quoque Jornandes *Hunnavarum* gentis, ſcil. quæ ex Hunnis & Avaribus compoſita. Nicephorus: *Veudoavarum. Verorum* Gens, Hunnorum pars habita eſt. *Parthisque Originem dediſſe* & imperium Parthicum condidiſſe putatur. Strab. l. 5. Arian. lib. rerum Indicar. Et videtur idipſum *vi vocis* ſequi: Nam *Parthi* juxta Trogum apud *Juſtinum exules*, Scythico ſermone dicuntur. *Veri* autem à *veru* ſeu *varu*, i. e. *expello*, quod in infinitivo format *varyti*, & contracto *varti*, quaſi *expulſi ejecti.* Deducitur nomen

Hunnicæ gentes.

Nomina Hunnorum & Tatarorum.

[a] Horn. in Orig. American. lib. 3. [b] Idem c. l.

nomen, facili autem mutatione literarum *B.* in *P. b. V.* in *a.* in *e.* quod apud Sarmates familiarissimum est, varti inde barti post Parthi, dicti sunt, i. e. *exules*. Hos cum Avaribus & *Siberiis Russicis* esse eosdem, atque ab ipsis *Sabariam* Ungariæ dictam, existimat Hornius c. l. qui & *Ungros* & *Unigeros* Hunnorum populum dicit deducitque à *Jubris* Siberiæ vicinis. Meta & Plinius Hunnos *Finnis Vicinos* dicunt, quos cum *Lapponibus*, *Svecis Russicisque* Hornius c. l. Hunnos, at perperam constituit. Magnitudo gentis hujus celebratur etiam exinde, quod in Patria sua antiqua *centum & octo tribus* complexa fuerit. Imprimis *fœcunda gens* hæc censetur fuisse: quare multitudinis minuendæ causâ, plurimis demigrare aliò necesse fuit. Memorantur præterea Hunni, cognomine, *Sabes*, quorum sat magnum fuisse numerum, patet ex eo, quod una mulier nobilis nomine *Braze*, quæ ex Hunnorum gente Romanis adhæsit, *centum millia virorum* apud se habuerit. Nicephorus [c] Item; *Hunni Bosphorani.* Ibidem & apud Evagrium [d] Procopius aliquam nominat Hunnorum gentem, nomine *Isabenos*, quorum Rex *Gorda*, accessit ad Justinianum Imperat. *factus Christianus.* Nominat & *Euthalitas Albonos* Hunnos, quos Cedrenus *Nephtalitas* appellare videtur. Nicephorus c. l. refert, Hunnos nomine *Abdalos*, unde Alanorum nomen descendisse putat Hornius c. l. c. 4. Agathiar. [e] meminit alicujus *Zabergæ* Præfecti *Hunnorum Cotrigurorum*, qui magna hominum equorumque multitudine *Moesiam* transgressus *Thraciam* depopulatus est. Exinde recta *Constantinopolim* se contulit, obvia quæque hostiliter vastando, quem *Belisarius* Senex non sine labore & periculo ab urbe repulit. Hic Zaberga *Justinianum* Imperat. eò adegit, ut aliis Hunnis, quos contra eundem incitavit, tributa dare debuerit. Denique magnitudinem hujus gentis colligimus ex eo, quod Gothos, quorum potentia ipsis Romanis fuit formidabilis, sedibus suis ejecerint, & aliò migrare coegerint.

Saboria à Siberiis Russis. *Hunni foecunda gens.* *Hunni Sabes.* *Hunni Bosphorani.* *Hunni Isabeni. Euthalitæ. Alboni. Abdali.* *Zaberga Dux Hunn. Cotrigurorum.*

§. III.
De feritate Hunnicæ Gentis.

Lubet hanc verbis elegantissimi Romanorum scriptoris *Marcellini* proponere. Ita ille: [f] *Hunnorum gens*, inquit, *monumentis veteribus leviter nota, ultra Paludes Mæoticas glacialem Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit. Ubi, quoniam ab ipsis nascendi primitiis infantum ferro sulcantur altiùs genæ, ut pilorum vigor tempestivus emergens, corrugatis cicatricibus hebetetur, senescunt imberbes, absque ulla venustate, spadonibus similes; compactis omnes firmisque membris, & opimis cervicibus prodigiosè deformes, & standi, ut bipedes existimes bestias, vel* quales in commarginandis pontibus effigiati stipites dolantur incomptè in hominum figuras. *Sic & in sua vita visi sunt asperi ut neque igne, neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semicrudâ cujusvis pecoris carne vescantur* quam inter femora sua & equorum terga subsertam, fotu calefaciunt brevi. *Ædificiis nullis unquam*

c lib. 17. c. 13. d lib. 4. c. 19. e lib. 1. f l. 31. pm. 685. 686. 687. 688.

quam tecti, sed hæc velut ab usu communi discreta sepulchra declinant. Neque enim apud eos vel arundine fastigiatum reperiri tugurium potest sed vagi, montes peragrantes & silvas, pruinas famem sitimque perferre ab incunabulis assvescunt. Peregrè tecta, nisi adigente maxima necessitate, non subeunt, nec enim apud eos securos existimant esse sub tectis. Indumentis operiunt lineis, vel ex pellibus silvestrium murium *consarcinatis. Nec alia illis domestica vestis est, alia forensis, sed semel obsoleti coloris tunica collo inserta non ante deponitur aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos defluxit defrustrata. Galeris incurvis capita tegunt, hirsuta crura coriis munientes hædinis, eorumque calcei formulis nullis apti, vetant incedere ingressibus liberis ? qua causa ad pedestres parum accommodati sunt pugnas, verùm equis prope afixi, duris quidem sed deformibus, & muliebriter iisdem nonnunquam insidentes, funguntur muneribus consvetis, In ipsis quivis in hac natione pernox & perdius, emit & vendit, cibumque sumit & potum, & inclinatus cervici jumenti, in altum soporem ad usque varietatem effunditur somniorum. Et deliberatione super rebus proposita seriis, hoc habitu omnes in communi consultant. Aguntur autem nulla severitate Reguli, sed tumultuario primatum ductu contenti, perrumpunt, quicquid inciderit. Et pugnant nonnunquam lacessiti, sed ineuntes prælia, cuneatim variis vocibus sonantibus torvum. Usque ad Pernicitatem sunt leves & repentini, ita subitò de industria dispersi lugescunt, & imposita acie, cum cæde vasta discurrunt, nec invadentes vallum, nec castra inimica pilantes, præ nimia parte decernuntur. Eoq; omnium acerrimos facilè dixeris bellatores, quod procul missilibus telis acutis ossibus pro spiculorum acumine arte mira coagmentatis, sed distinctis cominus ferro sine vi, respectu con - - - - - hostesq; dum mucronum noxias observant, contortis laciniis illigant, ut laqueatis resistentium membris equitandi vel gradiendi adimant facultatem. Nemo apud eos arat nec stivam aliquando contingit. Omnes enim sine sedibus fixis absque lare vel lege, aut ritu stabili dispalantur, semper fugientium similes, cum carpentis, in quibus habitant. Ubi conjuges ex villis vestimenta contexunt, & coeunt cum maritis & pariunt, & adusque pubertatem nutriunt pueros. Nullusque apud eos interrogatus respondere, unde oritur, potest, alibi conceptus, natusque procul & longiùs educatus. Per insidias infidi, inconstantes, ad omnem auram incedentes, spei novæ perquàm mobiles, totum furori incitatissimo tribuentes. Inconsultorum animalium ritu, quod honestum inhonestumve sit, penitus ignorantes. Flexiloqui & obscuri. Nullius religionis vel superstitionis reverentia aliquando districti. Auri cupidine immensa flagrantes, adeo permutabiles & irasci faciles, ut eodem aliquoties die à socio, nullo irritante sæpe descischunt, itidemque propitientur nemine leniente. Hoc expeditum indomitumque hominum genus, externa prædandi aviditate flagrans imani, per rapinas finitimorum grassatum & cædes, ad usque Achajam pervenit, &c.* Hæc ille. Nec minùs *SS. Patres* horum truculentiam describunt. *S. Hieron.* ad Fabiol. Ep. 20. *Ambros.* de Tob. c. 11. ubi quoque habet hoc, quod scil. omnibus inferre nationibus intentarint, *arma & tesseras* ferre consveti. Imprimis *Attilæ* temporibus formidabiliores facti, quorum *impudentiam* perstringit *Salvianus* lib. 4. de Providentia DEI.

§. IV.

De Origine Hunnorum aliorum sententiæ proponuntur.

Mira de Origine gentis hujus referunt *Jornandes* & P. *Diaconus* scil. *Filimerum* Gothorum Regem ex Scanzia cum exercitu progressum, in Scytharum Getarumque Terras, *mulieres sagas* reperisse, *Alraunas*, vernaculo sermone vocitatas: quas ille ex castris suis proscriptas in solitariis & vastis Scytharum locis habitare coegit. Ibi ex earum concubitu, homines silvestres, quos nonnulli *Faunos ficarios* vocant, *Hunnos* gentem ferocissimam, quæ supra *Mæotidem paludem* primùm exiles terras & sedes fixerat, procrearunt. Fabulam Lectori non ingratam auctores hos ex ingenio adinvenisse quis non videat? quam recitâsse, refutâsse est. Adde, quod sicut migratio illa Scanziana ex Jornande nonnisi fabulam oleat, uti sæpiùs demonstratum est, ita & adjuncta fabulæ hujus rejicienda esse facilè prudens Lector advertet. Georgius Hornius c. l. c. 4. unam cum *Tataris Hunnorum* facit gentem, atque ejusdem esse originis existimat. Argumentum illius præcipuum est, quia gentes hæ *nomine & numero conveniunt*: Utque Tatari in septem hordas divisi ac *Mogores* dicti sunt: sic apud Cedrenum nomen Hunnici Regis fuit *Moagoras*, & Chaianus Abdelarum (Hunnorum) Imperator scil. qui se *septem gentium & orbis terræ climatum Regem* appellavit. Item sicut *Tudai* dicebatur Hunnorum Rex, deinde à Carolo M. victus (uti habent Annales Franc. Fuldens. *Marquardi Freseri*) Sic *Taudun Ulakhu Kain*, Tatari filius. *Buda* Frater *Attilæ*. Tataris *Baida*, *Bathi*, *Beta*, sunt nomina Tatarica. Quanti sint hæc momenti argumenta, Prudens quisque judicabit. Equidem Procopius lib. 1. de Bello Persico habet, quod Hunni in Chersoneso Taurica, suo tempore omnia possederint. Ast vaga gens, ejecta ab aliis vel spontè iterùm cessit Tauricam aliis. Idem Hornius *Alnos Hunnos Fennos Lappones*, unum recenset populum, quos ex *Scanzia* sua cum Jornande videtur deducere. Præcipua illius argumenta sunt: *Hunnos ad mare glaciale statuit incolas* Marcellinus ad quod *Lappones Finni Sveci* reperiuntur. (2.) *Rubruquis Historicus insignis*, Hunnos ex regione *trans-volgana* deducit. Verba Historici sunt. *Trans Volgam ad septentrionem esse regionem Pascatis, ex qua orti sunt Hunni & Hungari. Una Hunnorum & Pascatirarum lingva est, Jugari à Pascatiris distinguuntur. Nam illi peculiares literas habent, & scribunt deorsum, progrediendo à sinistra versus dextram, ita ut lineæ pendeant. Hunc scribendi morem Tataros à Jugaris accepisse & tales literas Mangu Camem ad Ludovicum Regem Franciæ misisse.* Idem *Rubruquis* facit *Juguros* vicinos *Moalis* & *Tataris*.

Alraunæ.

Fauni ficarii.

Georg Hornii sensus de Origine Hunnorum.

Cajanus Rex Tat.

Tudai Hunn. Rex.

Nomina Tatarica.

Hunni in Chersoneso Taur.

§. V.

Hornii Sententia refellitur.

Malè Hornius confundit gentes tantumque inter se diversas: scilicet Hunnos, cum Alanis Fennis, & Lapponibus unam esse gentem unumque populum existmans. Quod quàm longè à veritate sit,

sit, ostendo in singulis populis, ordine per singulos progrediens. Atque imprimis diversos fuisse ab *Alanis Svecis* sive *Alandis* patet, quia hi juxta *Bisulam* & *Chronium* i. e. *Vistulam* & fl. *Niomon* in *confiniis Lietvaniæ & Prusiæ* habitaverint. Ergo non Lapponibus & Finnis Svecis contermini fuerunt. 2. Hunnos ex suis sedibus *Alanos invasisse* ab his vero repressos, in Gothorum Terras abiisse refert Sozimus lib. 4. Certè in Alandorum Insulam, nonnisi *navibus abire* potuerunt, ac proinde usque in Gothorum Sveticorum terram absque navibus. Quod autem Hunni navibus sint usi ad occupandas prædictas Terras, nullus auctorum habet; quin potiùs contrarium Marcellinus testatur. Addo, Hornium censuisse, Alanorum nomen à nomine *Abdalorum* descendere. Ubi autem quæso in Scanzia illa Svetica *Abdalia* aut populi *Abdaliæ*? 3. Marcellinus distinguit Alanos ab Hunnis, quibus licet illos suppares faciat, multùm tamen cultiores. *Diversos quoque à Fennis* fuisse patet ex diversitate sedium gentis utriusque. (1.) Communiter Antiqui Authores *Fennos ad Vistulam*, nunquam Hunnos collocant. Finni autem Svetici cum Lapponibus Russicis distant à vistula ad ducentas & ultra parasangas (2.) *Fennos sine Regibus*, sine Principibus liberam fuisse gentem demonstrat Cluverius l. 1. c. 40. Hunnos paruisse Ducibus Regibusque suis certum est. (3.) Tandem Germanis Fennos annumerat veteres, minimè Hunnos. Denique *Hunnos cum Lapponibus nationali Patriaque Terra non convenire*; patet, quod Lapponia Svecorum, eo quo Hunnorum nomen & Virtus tempore nondum fuerit Romanis cognita. Et licet maris Glacialis meminerint Veteres, non tamen eo usque notitia Romanorum penetravit quibus Mare-Scythicum, cum Mari Venedico & Balthico idem fuit, atque pro illo Glaciali existimatum. Nondum duo præterlapsa secula ut nobis nautæ Arctoi Maris, circa Lapponiam Russicam notitiam transmiserunt.

Hunni diversi ab Alandis.

Hunni diversi à Fennis.

Fenni ad Vistulam.

Fenni Germani.

Hunni diversi à Lapponibus.

Mare Scythicum Veteribus Glaciale.

Ad *Rubruquis verba* allegata respondeo. Auctorem hoc tantùm velle, quod Hungarorum & Pascaritarum lingva eadem sit, quodve *Hunni* à *Jugaris* distingvantur: idque probat ex *literis particularibus*, quas Jugari habent diversas à *Pascatiris deorsum progrediendo à sinistra ad dextram*, prout etiam Tatari scribunt. Ex quibus sequituri Tataros cum Jugaris benè convenie, non tamen Hunnos cum Jugaris & Tataris, cum tamen Hunnos & Tataros unam vellit esse gentem Hornius è Scanzia huc progressam.

§. VI.

Auctoris sententia proponitur.

MEa quæ sit hac in re Sententia? hisce illam propono. 1mo. Quis ille Hunnorum primus fuerit Sator, vel Auctor gentis, cum nullus scriptorum sit, qui expressè illum nominet, neque nos nominabimus. Silendum cum silentibus. *Fabulam* tamen esse sentio, sensato indignam viro omnia illa, quæ de *Alraunis* ex diacono allata sunt. 2do. Hunnos ad Scithas, quorum variæ olim fuere gentes & di-

versæ (ut & cæteri populi Gothici) primitùs relatos fuisse existimo. Unde vero simillimum mihi est. Hunnos quandoquidem ex communissima hominum patria, nimirum *Asiâ*, ejusque viciniis successu temporis egressi, sedes *tempore Procopii* in *Tauricam* Chersoneso occuparunt, longè antiquiores esse Scanzianis illis Finnis & Lapponibus, utpote longè viciniores Asiæ, adeoque ab illis Scanzianis longè ab Asia remotioribus nullo modo descendere; sed ob continua tandem bella, quæ semper inter Scythas, quorum proprium fuit, *aut cædere ac cædi* grassabantur, ultra Mœotim progressos, *partim ad Mare Scythicum* seu *Venedicum*, quod nunc Balthicum audit, ejusque contermina, partim ad *interiora Russiæ septentrionalis* penetrasse, quare Hunni Hieronymo *Septentrionales* dicuntur *lupi*. Exinde vero, quod in Chersoneso Taurica, tempore Procopii Seculo VI. habitaverint non sequitur, Chersonesum istam fuisse Hunnorum primam patriamque terram. Nam ante duo secula alibi scil. in *Thracia Panonia*, item in *Hispania Gallia* visi sunt. Aliàs etiam Pannoniæ ora, aut cæteræ ex præfatis nationibus terræ originalis Patria Hunnorum erunt. Quod autem Chersonesus Taurica, non prima nativaque illorum fuerit terra, patet exinde, quod Hunnos Auctor vocet *Maris glacialis* accolas, & ab hoc mari venisse dicat in alias Europæ Terras: tali autem nomine nunquam memini *Mœotim* Paludem insignitam fuisse. Quare ad *Gothicæ gentis populos* referendos ego Hunnos esse censeo. 1. *Claudiani* Poetæ Testimonio, qui de Hunnis canens Gothis illos annumerat hoc carmine:

Hunni in Taurico. *Hunni ad Mare Balthicum.* *In Russia sept.* *Taurica non Hunnorum Patria.* *Hunni Gothicus populus.*

-- -- *Geticis Europa catervis*
Ludibrio prædæve datur frondentis ad usque
Dalmatiæ fines.

(2.) *Vinculo commilitiæ*; semper enim Gothis Hunni annexi fuerunt, ut apud Pompon. Lætum, Orosium Egnatium & alios videre est. (3.) quia ex Regione *Trans-Tanaitica*, i. e. *Russia*, quæ ut lib. 1. demonstratum *Gothorum patria* fuit, unde hodiedum illi Russi qui per totam Zamogethiam, Prussiam, Masoviam, Curoniam, Livoniam &c. *Guddæ* vocantur i. e. Gothi vel Gethæ) primùm venisse testatur Marcellinus c. l. (4.) Ab antiquis Authoribus *Hunni Slavini* audiunt. Hi autem idem cum Gothis populus fuit, testantibus Cedreno & Zonara. Annal. tom. 3.

Hunni Slavini.

§. VII.

De Bellicis Hunnorum Expeditionibus.

Expeditiones bellicæ Hunnor.

Martius Hunnorum animus apprimè nobis ex Autoribus constat, nempe quorum vita nil nisi *Milita* fuit. Cujus usus ubi defuit, teste Marcellino, *omnis corporum exercitatio & armorum in venatu, qui belli quandam speciem & imaginem refert, exigebatur.* Inde sæpiùs incursionibus suis, *Romanis* fuerunt formidandi, majori autem formidini erant sub *Attila Duce & Principe suo bellicosissimo æquè ac versu-*

versutissimo. Multæ autem & insignes fuerunt bellicæ illorum expeditiones. Celebriores hæ sunt ab Authoribus propositæ.

1. Expeditio in *Vicinos*, quos crebritate victoriarum attritos ad sui nominis unitatem perduxerunt; inde. *1. in Vicinos.*

2. *Orientes Provincias* excurrerunt, quas teste Hieronymo c. l. sub *Dario* Medorum Rege viginti annis tenuerunt captivas, imò ab *Ægyptiis* ac *Æthiopibus* annuum exegerunt vectigal. *2. in Orientis Provincias. In Ægyptum & Æthiopiam.*

3. In *Alanos* Scythicos prout id temporis credebatur, solitudines inhabitantes, à quibus tamen strenuè repulsi sunt. *3. in Alanos.*

4. In *Gothos* moverunt, quos ab antiquis sedibus expellere coacti sunt, adeò felici successu, ut Gothi, transito Danubio, à *Valente* Imperat. Romano, Terras certo sub tributo petierint & obtinuerint. *4. in Gothos.*

5. *Contra Burgundiones*, gentem, juxta Marcellinum lib. 21. bellicosissimam, quos tandem Hunni, Gothis associati debellârunt. De quo legendus Socrates lib. 7. c. 30. Oros. lib. 1. c. 1. & lib. 7. cap. ult. *5. Contra Burgundiones. Hunni Gothis associati.*

6. *Contra Romanorum Imperium*, quod variis incursionibus ac depopulationibus infestârunt. Inprimis tempore Imperat. *Valentiniani*, *Pannonias*, *Epirum*, *Thessaloniamque* direptis incensisque urbibus graviter vastârunt, *Constantinopolim* usque progressi, eandem obsederunt. *Hieron.* Ep. 238. fol. 326. refert, quod hic populus unà *cum Gothis*, *Sarmatis*, *Alanis*, *Vandalis*. *Thraciam*, *Macedoniam*, *Dardaniam*, *Daciam*, *Thessaliam*, *Achajam*, *Epirum Dalmatiam* depopulatus sit. Denique in *Armeniam* transgressi, totam *Cappadociam* devastârunt usque ad *Lycaoniam* pertingentes. Contra quos *Macedonius* quidem egit, sed infelici successu, nam in *Paphlagoniam* usque *fugatus* est ab iis. Cedrenus in all. Arum. Marub. c. l. Iterum in Europam remigrârunt, multa damna Imperio Romano, imò toti Europæ intulerunt, de quo *Procopius* lib. 2. bell. Pers. his verbis: *Ingentes tunc Hunnorum exercitus, Istrum transmittentes, in omnem Europam invaserunt, nec ulla natio tot in hac parte maleficia damnaque intulit. A sinu Jonico omnia usque Byzantii suburbana hi barbari depopulati sunt, arcesque duas munitissimas, civitatemque Cassandream vi everterunt, quam Antiqui Potideam vocabant. Multaque gaza, simul cum centum & viginti millibus hominum captisque domum reverterunt, nullo penitùs eis resistente.* Posteris vero temporibus, frequenti excursu intoleranda Romanis intulerunt. Nam in *Chersonesi expugnatione oppidanos* deceperunt, à parte Maris, (*Melanes* vocatur) muros ascendentes de improviso eos oppresserunt, quorum pars capta, pars interfecta est. Nonnulli *Augustias* maris inter *Abydum* & *Sestum* transeuntes in *Asiæ* Terras excurrerunt, & *Chersonesum* expugnârunt. Inde denique rursum domum cum toto exercitu sese receperunt. In alia quoque eruptione *Illyricum* repetentes *Thermopolim* obsederunt, oppidanis acriter se propugnantibus, cum sedulò inquirerent viam, qua facilè muros ascendere possent præter spem, unam repererunt, quæ ad montem urbi supereminentem ducit. Atque sic omnes ferè Græcos, præterquam *Pelopomesianos* infestantes, tertiò domum remigrârunt. *6. Contra Rom. Imperium. Hunni in Asia.*

7. *Contra Longobardos*, quod bellum ipsis fatale fuit: siquidem Longo- *7. Contra Longobardos.*

Longobardi, Pannoniis occupatis Hunnos unà cum Gothis toto regno expulerunt.

§. VIII.

De Conversione Hunnorum ad Fidem Catholicam.

Hunnorum Conversio ad fidem Catholicam.

IN his Expeditionibus, dum sæpiùs cum Catholicis versarentur, assumpserunt ultrò plurimi fidem Catholicam. Primus *Hunnorum* Rex, qui *Christianus & Catholicus* factus, celebratur *GORDA*, ad *Bosphorum* imperans. Hic ad *Justinianum* Imperatorem veniens atque informari se in fide Catholica postulans baptizatus est.[g] Accesserunt *Miracula*, inter quæ memorabile est, quod de *Hunno* quodam per *Theotimum* Episcopum Scytharum, & ipsum natione Scytham, miraculosè converso refert Baron. ad ann. Chr. 402. Scilicet *Hunnus* quidam *Theotimum* dolo capere intentavit, quod suspicaretur esse illum opulentum. Parato igitur ad hoc *laqueo, ad scutum alligato*, sicut in hostes consveverat, cum illo colloquitur: jamque sublatâ dextrâ funem immissurus erat, tanquam eum ad se & ad contribules suos attracturus esset, at *ecce manus in ipso conatu elevata, in aere remansit*, nec antea barbarus ex invisibilibus vinculis liberatus est, quam aliis pro ipso intercedentibus *Theotimus DEUM exorâsset.* Ab hoc Theotimo plurimos conversos esse narrat *Hieronymus* Epist. 126.

§. IX.

Referuntur Duces & Reges Hunnorum celebriores.

HOrum exactum Catalogum dare non possumus, cum obscura gens olim, demum, bellis contra Romanos præclarè gestis, inclaruerit. Quorum nomina ad posteritatem devenerunt, illustrata gloriosè factis, sunt seqq.

1. *BELA*, qui Ducibus *Cheme* & *Kadichim*, assumptis secum nostris Germanis, *exercitum* ad *decies centum & octoginta millia* comparaverat, quem cum in *Alanos* primùm, tum in *Gothos* movisset, *Bessos, Sudalos, Russos* in ordinem redegisse dicitur. Hic deinde juxta *Pannoniam* castra locaverat, ubi se fortiter opposuerunt *Romani*, vario Marte, cum Hunnis sæpiùs decertantes, sed tandem in *Campo Chermaurilis* congressi, ab iis vincuntur: qui tandem *totâ Pannoniâ potiti*, de Romanis triumphârunt. Post hunc Belam, cæsis Ducibus, elegerunt Hunni.

Attila.

Attilam. Aliis *Utele* Hunnis *Itele* & *Etele* dictum, quod nomen in Lingva Gothica, *Mordacem & acrem ingenio* denotat, quare & pro Insigni *Asturem*, ex *accipitrum genere coronatum* præferebat. Epistolis suis ac Diplomatibus ita subscribebat: *Attila filius Bendetruc, Nepos magni Nembrotti, nutritus in Engaddi. DEI gratia Rex Hunnorum, Medorum, Gothorum, Dacorum, Metus Orbis & flagellum DEI*: Hic *Pannoniâ* occupatâ, *Gallias* hostiliter peragravit, depopulando omnia. Magnam *Italiæ* partem usque ad Ravennam sibi subje-

g Procopius & in Miscell. Auth. lib. 6. in princ.

subjecit, *Mediolanum* diripuit & *solo æquavit*, multa alia patravit, quibus orbi terrorem incussit; tandem *anno regni 44. ætatis 124. erumpente è naribus sangvine in os dormientis, extinctus* est. Epis filius.

Densices à Gothis debellatus & occisus est, post cujus excessum de Successione Fratres *Chaba* & *Aladaricus* acriter dimicantes se ipsos consumpserunt; alterô in Scythiam remeante, cujus filii dein magno comparato exercitu regna paterna recuperare laborârunt. Horum præcipui, qui Duces agminis fuerunt duo, alter dictus *Sejita*, qui *Christianus* factus etiam Hunnos ad fidem Christi deducere tentavit: alter *Geicha*, ex cujus stirpe *Stephanus S.* Rex *Hungariæ* prodiisse creditur. Cæteri aliquod nomen sibi de Hunnorum Principibus & Regulis comparârunt. Densices. Chaba. Aladaricus. Sejita. Geicha.

Zaberga. Hunnorum Catringurorum Dux, qui magna suorum multitudine stipatus, *Moesiam Thraciam Græciam*, omnia vastando pervagatus, *Constantinopolim* obsedit. Item. *Huldinus*, qui & Hunnus; is contra prædictum Zabergam in Imperio Romano hostiliter grassantem, evocatus, auxilia non contemnenda Imperio Rom. attulit. Meretur hic memorari nomen & facinus fœminæ cujusdam Hunnæ. Erat ea vidua Malachi, cognomine *Bareza*, cui plus quam *centena hominum millia* in armis erant. Tanto stipata agmine venit Romanis in suppetias contra *Persas*, qui ibidem in partes suas multa Hunnorum millia attraxerant. Horum Duces vocabantur *Styrax* & *Gloena*. Qui à Bareza fugati, cæso Gloena, capto *Styrace* & ad Imperatorem *Constantinopolim* misso, insignem Romanis victoriam, perennem Hunnicæ mulieri gloriam reliquêre. *Zonaras* tom. 3. annal. Zaberga. Huldinus. Malachus. Baresa. Styrax & Glæna.

Gordas Rex *Hunnorum Bosphoranorum*, qui *Christianus* factus, simulachra Hunnorum Ethnicorum confregit, à quibus idcirco imperio & vitâ privatus reliquit *Moageræ* fratri, post cujus fata sensim defecit Imperium Hunnicum. Ita terminos suos Regna gentesque populosæ tandem inveniunt & accipiunt. DEO res hominum adornante, certisque ut locorum, ita & temporum limitibus constringente. Gordas Rex Hunnorum. Moageras R. H.

CAPUT VII.
De Bastarnis & Peucinis.

§. I.
De Nomine Bastarnarum.

INter Gothicos populos referuntur Bastarnæ & Peucini. Horum autem *nomen variat*. Scribitur *Bastarnæ* & *Basternæ*. Plinio,[h] *habernæ* & *bastarnæ*, Valericus Flavus vocat *Batarnas*, item *Bastas* & *Bastulas* Cæl. Rhodog.[i] Quidam nomine isto intelligi putant *Batalos Germanorum equites præstantissimos* quos Cæl. Rhod.[k] In *Insula*, quam *Rhenus* circumfluit, ponit. Sunt qui *Bastarnas* putant esse illos ipsos populos, qui olim *Bessi*, hodiè *Bessarabi* dicuntur. Scil. qui Bastarnæ & Peucini Gothicus Populus. Bastarnarum nomen.

in

h lib. 4. c. 14. i l. 21. c. 31. k l. 1. c. 13.

in *Bessarabia*, quæ olim *Polonici*, nunc ab Anno Christi 1485. *Turcici* juris sunt, degunt, Horum meminit Ovidius:

Bessi. *Vivere quàm miserum est inter Bessosque Getasque.*

Et Marcel.[l] *Advenit*, inquit, *post hæc Imperator Lucullus* (ante Nat. Chr. 70.) *qui cum audacissima gente Bessorum, conflixit omnium primus, eodemque impetu Hemimontanus acriter resistentes oppressit, Valens Imp. superato Danubio, Grutungos longiùs acriter adgressus est*, &c.

Derivatio nomine. Unde hoc nomen! non eadem est mens Eruditorum. Sunt qui à voce Gotho-Sarmatico *Bastai*, quod *nudis incedentem pedibus* denotat, derivare volunt; cujus derivativum videtur esse *Bastali*. Hæc derivatio non omnibus probatur, cum *Dio* hos populos equites vocet, atque ad Danubium ponat, quem *armati enatari soliti sunt.*[m] Alii Bastarnarum nomen deducunt à voce *Bastarnis*, cujus meminit Possidonius, denotatque *currum quinque cubitorum.*[n] Scilicet gens hæc Gothica tales forsitan habebat *Carragines* sive *Currus*, quos in Expeditionibus bellicis adhibebat. Placet nonnullis vocabulam *Baternæ* à voce *Padarnai* deducere, pro quo hodie Zamogethæ & Prussi dicunt *Padurnai* i. e. *qui impetuosè agunt.* Sic dictos esse pronum est suspicari, eò quod bellicosissimi hi viri, cum impetu vires suas in bello

Baszta Polon. exseruerint. Placet aliis, horum Nomen à voce Polonica *Baszta*, quod est *propugnaculum*, derivare, ex eo, quod hi Danubii accolæ aut firmum aliquod *propugnaculum* ad ostia fluminis situm *habuerint*, aut certè *ipsa gens valida* ac *bellatrix propugnaculi instar* fuerit cis Danubianis populis *contra excursus transdanubianorum.* Et certe similitudo ipsa vocis hunc sensum elicit; sicut enim Poloni *od pola* dicti, sic bastarnæ, qui & Bastæ & Bastuli, *od basz ty.*

§. II.

De nativa & originali Bastarnarum Sede.

An Bastarnarū sedes Gallia? VAriant Authores multùm in designanda *Bastarnarum patria & nativa Terrâ.* Sunt qui *Galliam* illis assignant. Ita præter

An Bastarnæ Scordisci? *Polybium Livius.*[o] *Plutarchus*,[p] qui *Bastarnas Scordiscis* æquales faciunt lingvâ & moribus. Scordisci autem Straboni lib. 2. sunt *Galli.* Cæterùm Livius c. l. refert de iis, quod *Philippus* Macedonum Rex diu illos ad Danubii transgressum sollicitaverit, ut *Dardanos* delerent,

Bastarnæ Macedonibus immixti. *Italiamque* popularentur. Plutarchus refert, quod in *Medicaunis castris* fuerint cum *Macedonibus* immixti, *proceri grandi-loqui, mirificè adversus hostes* minaces, adeo ut Romanis *conspectus* eorum *trux & horridus, vixque tolerabilis* creditus fuerit. Verùm hos Auctores, in hac de Bastarnis materia, à *Polybio*, ejusque coætaneis seductos fuisse, benè probat Cluverius[q] quia tempore Polybii, nondum *termini Galliæ & Germaniæ* multo minus *Sarmatiæ* cogniti fuerunt. Patet error insuper ex eo, quod de Bastarnis dicat Plutarchus, quod eorum *conspectus maximè terribilis & horridus Romanis* creditus sit, quod sanè

l l. 27. p. 534. *m* Cæl. l. 21. c. 31. *n* Cæl. l. 18. c. 3. *o* lib. 40. & 24. *p* in vita Æmylii Pauli. *q* lib. 3. c. 43.

ſanè de *Gallis* non quadrat; qui jam tum annis CCXX. ante, Romanis benè cogniti fuerunt, cum quibus bella geſſerunt. Et quamvis *Galli majoris & procerioris ſtaturæ* habiti ſint, quam Romani, tamen *noſtri Germani & Sarmatæ longè proceriores* etiam præ Gallis ſemper ſunt crediti. Poſterioris ævi Scriptores adſcribunt Baſtaronas *Germaniæ*. Plinius c. l. *Baſternos*, (quos habernas mea habet editio) ad *quintam Germaniæ partem*, una cum *Peucinis* refert, illosque *Dacis conterminos* facit. Idem ferè ſentit *Tacitus* lib. de moribus Germanorum. *Peuciniorum inquit, Venedorum & Fennorum nationes Germanis an Sarmatis adſcribam, dubito, quanquam Peucini quos quidam Baſtvrnos vocant, ſermone, cultu, ſede & domiciliis* ut *Germani agunt: ſordes omnium & torpor. Cæterùm connubiis mixtis nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur.* Auctor hic certè non ſine cauſa hos populos Germanos facit, quia illis *unum ſermonem* adſcribit, eundem *Cultum, ſedem*, eadem *domicilia*, eosdem *mores*. Non adeò tamen & hic auctor de Baſtarnis certitudinem habet cum & *Sarmatas* illos eſſe velit, ex *comixtis Sarmatarum more connubiis*. Idem quoque dubium tenuit *Strabonem*, [a] qui à *Germanis diverſos* facit ſupra Dacos jam *incolus, Tyragethis* i. e. *populis* ad fl. *Tyram confines*. *Dion.* [b] illos ad *Scythas* refert, quo nomine ipſi & *Sarmatæ* veniunt. Hujus teſtimonium eò magis acceptandum videtur, quod is, Pannoniarum Prætor quondam exiſtens, conterminorum populorum proprias ſedes magis perſpectas habuiſſe credendus ſit. *Ptolomæus* videtur idem ſentire, *ſuper Daciam* illorum ſedem collocans. *Incolunt*, inquit, *ſuper Daciam Peucini & Baſtarnæ*, & poſtea, in Moeſiæ deſcriptione. *Incolunt Myſiæ occidentalia Triballi, Orientalia ſub oſtio Peuces Troglodytæ, ipſi vero oſtia Peucini.* Peucinos hos geminos idem facit, alios circa *Amadocum Lacum*, non procul à *Viſtula* amne, alios in *Iſtri Inſula, Peuce*. Per *Amadocum Lacum*, quid intelligat Ptolomæus, non eadem eſt Doctorum verorum ſententia. Cluverius fluv. *Bug* vult intelligi; Alii *Paludes Poleſias*: quidquid tamen de his ſit, certum eſt, illum poni in meditullio Sarmatiæ. Cur autem ad Amadocum lacum Peucinos ponat, videtur ex eo motum fuiſſe, quod ibi reperiatur *mons Peuce nomine*, à quo accolæ dicti ſunt *Peucini*. Hunc montem ponit Ptolomæus in *Sarmatia*. *Cluverius* putat Peucem eſſe illum *montem, qui in confinio Podoliæ, Volyniæ & Ruſſiæ*, medio inter *Lacum* & fl. *Bugem* qui in *Viſtulam* delabitur, *ſitus*, reperitur. Plinius *Baſtarnis Loca Sarmatica* adſignat in collimitiis *Halorum* & *Germanorum, Svevis adverſa, regnoque Vanniano*, non *procul à Patiſco amne* (hodie Tibiſcus vulgò Theis) His confines *Stephanus* in libro de Urbibus *Taulantios* dicit, qui ipſe Populus eſt Illyricus. Aurelius Victor in Aug. Getarum populis Baſtarnos annumerat. His motus Cluverius terminos hos ponit Baſtarnis, qui ipſi & Peucini ſunt. Scil. à *ſeptentrione Aprum autem Vulgò wieprz, in Viſtulam delabentem; & à fonte ejus lineam ad Amadocum lacum, atque hinc flumen, quod ex lacu, iuxta oppidum Zareba oriens in Thyram i. e. Daneſtrum defluens defertur, inde ipſum Tyram*,

Proceri Sarmatæ.

Situs Baſtarniæ.

Taulantij.

a Lib. 4. & 7. b Lib. 38.

ram, ab ortu mare Ponticum & ostia Istri, à meridie Istrum, (citra quem tamen quidam etiam Bastarnæ teste Strabone) *ad Hierasli usque confluentem;* & *hinc Hieraslum & à fonte ejus Carpatica Sarmaticaquè juga ad fontem usque Vistulæ.* Ab *occasu primò Asciburgum montem ad oppidum usque Os-wiecim; hinc vero Vistulam ad Apri usque confluentem,* Rationes illius sunt, *quia*, inquit, *Ostia Istri eos adcoluisse* jam dudum à *Ptolomeo*, partimque è *Strabone* patuit: *Ad Tyram* pertinuisse, inde liquet, quod Ptolomæus *Tyragetas* ultra Tyram collocat; & Plinius lib. 4. c. 12. in Tyra Insula. Strabo [a] vero *removet simul Bastarnas à mari, simulque ei admovet*, nam in mediterrantis eos habitare; & nihilominus tamen *Peucen* Insulam iis attribuit Ratio hujus variationis est, quia & Scythæ & Sarmatæ & Bastarnæ Getis erant ad utramque ripam permixti: sæpiùs sedes hinc inde moventes. Cæterùm Carpatica quoque ac Sarmatica supra Daciam juga Bastarnas accoluisse, ex Plinio Tacito atque Ptolomæo intelligitur. Hinc etiam ista juga in tabula Itineraria appellantur *Alpes Bastarnicæ*, quas nudè sine cognomento Alpes vocat Jornandes. Ad vistulam usque pertinuisse ex Plinio etiam discimus. Horum testimonio, cujvis cordato probâbitur hos populos ad nostros Sarmatos referendos esse, locaque illis assignanda qui Jazygibus, Svevis, Quadis, Tyragetis Fennis cæterisque Sarmatis contermini fuere. Neque obstat, quod magni inter Veteres Auctores, ut sunt Tacitus Plinius Germanis illos annumerent. Nondum horum Auctorum ævo, termini Germaniæ, Sarmaticæ Teutoniæ cogniti fuerunt, Germaniâ ad Dacos & fere Pontum Euxinum protensâ. Sic Bastarnæ Plinio Germani, Dacis confines, & Bastarnarum Provincia contermina Daciæ habetur. Annon absurdum modò foret Germaniæque terminos eousque extendere? Ergo Veteres ignari sitûs Teutoniæ Sarmatiæque limites Germaniæ extenderunt plus ultra. Hoc sensu terra Polonorum ac Russorum, quæ semper ad Sarmatiam spectavit, veteribus *Germaniæ* nomine venit; de quo libro 1.

Alpes Bastarnicæ.

Quo sensu Bastarnæ Germani?

§. III.

De Variis Bastarnarum Populis ac præcipuè de Peucinis.

Varii Bastarnarum populi Peucini. Eorum nomen variat.

VArios fuisse Bastarnarum populos certum est, quorum tamen præcipuus fuit populus Peucinorum. *Horum autem nomen variat.* Jornandi vel Tacito, Ptolomæo *Peucini*. Zosimo *Peucas*, Svidæ. *Peucestæ*. Tacitus *Peucinos* & *Bastarnas unum esse populum* vult. *Bastarnæ* vocabulum *totius* fuisse *gentis*. *Peucini* autem *partis* tantùm vel *nationis* in gente Bastarnarum testatur *Strabo* c. l. Peucinosque non procul *à Vistula* ponit. Plinius tamen & Tacitus Peucinorum universæ tribuunt genti commune. Ab his diversus Ptolomæus, distinguit has gentes, & supra *Amadocum* lacum ponit *Peucinos* intra hos Bastarnos, & alios dein *Peucinos ad Pontum, in Insulis Istri.* Strabo facit *Tres Bastarnarum nationes, Atmones, Peucinos, Sidones.* Videntur hæc nomina merè esse Sarmatica. *Atmones* sunt *Primi militiæ Duces homines*

Peucini ad Vistulam.

Atmones. Sidones.

a lib. 7.

mines seu *milites*, *Peucini* quasi *dæmoniaci*; *Sidones* quasi *Sudonus* qui vocari possunt quasi *Prætoriarum milites*. Amicorum quidam legit pro Atmonas *Akmones* more Sarmatarum t. in k. transmutantium communissimo, & hic denotabit vox illos, *qui in jugis montium seu in rupibus degunt.* **Die in den Klippen wohnen.** Idque ipsum probabile videtur ex Plinio[a] Tacito ac Plolomæo c. l. qui Bastarnas Carpatia juga accoluisse scribunt, quæ juga sunt eidem Plolomæo, *Alpes Bastarnicæ.* Ex terminis, quos Cluverius Bastarnarum genti ponit, si eos perpenderimus, magnam sanè gentem fuisse liquet, utpote quæ in se complexa est, *Avarinos*, *Boranos*, *Cognos Atmones*, *Sidones*, *Peucinos Ombrones*, *Anthrophractos*, *Burgiones Arsietas*, *Sabocos*, *Piengitas* & *Bessos* ad Carpatos montes *Carpianos* seu *Carpos* & alios. Vid. Cluverius[b] Addo his *Taifalos*, *Triballos Authoriatos* &c. Hos populos sibi conterminos fuisse ait Ptolomæus in Germania, adque Tanaim usque pertinuisse, prout & apud *Appianum*, *Pelopidas* à Mithridate Legatus, Scythis illos adjungit, ad Tanajum & *Lacum Mæotin* collocans. *Mea hac de re opinio est hæc*: Bastarnarum nomen videri generaliùs fuisse, ac, multis commune populis, inter quos tamen Peucinos principatum ferè habuisse. Sentio tamen, non unam fuisse Peucinorum gentem, nec uno in loco consedisse. Fuisse Peucinos ad Istri ostia: fuisse in Russia supra Amadocum Lacum, ad montes Peucinos: fuisse Peucinos ad Vistulæ amnis ripam. Nomen Peucinorum mihi videri merè Gothicum, & denotare *dæmoniacum* seu *Sacrum*; inde & ostium, ad quod Insula *Peuce* jacet *Sacrum* olim & adhuc appellatum est. *Peukus* & *Peukullis* it *Pikullis* olim Deus Gothorum habitus est. *Deus iræ & pœnæ* apud *Istulanos Prussicosque Populos*, & ab hujus Dei cultu forsan dictos hos populos, probabile est mihi exinde, quia memorantur in iis locis, tempore Alexandri M. consedisse *Taifalos* ac *Triballos.* Non tamen puto à Peucinis longè diversos esse Taifalos & Triballos, nam utrosque A. A. ad Istrum ponunt, in Thraciæ Daciæque confiniis. Aurelius Victor in Gratiano, Marcell. lib. 31. *Taifali autem nomen* idem præ se fert quod Peucini & Triballi. Illud denotat *sacrum hominem ac Divinam.* Forsan illorum Dux fuit unus ex illis, qui mira incantamentis præstare potuit quales apud Sarmatas plurimos fuisse, quos *Deiwullos* vocârunt plusquàm certum est. Atque hujus farinæ fuisse puto, Gothorum Principem *Taifalci* nomine, cujus Cedrenus ad annum 25. Constant. meminit, qui contra Constantinum M. bella gessit. *Triballi* mihi videntur dicti esse à voce *triba*, denotante limitem plerumque locorum sacrorum. Scilicet qui ad defensionem sacrorum locorum eorumque limitum fuerant constituti. *Dietzelius* putat dictos esse à voce *truba.* (Polonis Traba) facili mutatione literæ i. in u. u. in a. vel on quæ vox *Tubam* significat Tubis autem usas fuisse Gentes has cùm in *bello* tum in *actionibus sacris* alibi demonstrabitur. Vid. Deliciæ meæ *Hos autem populos Gothos fuisse* probatur, tum quia hos populos *Egnatius* in Valente & *Diaconus* Gothis annumerant, quod scilicet cum

Akmones.

Taifali Triballi Authoriati.

Peucini ad Istrum. Ad lacū Amadocum- Ad Vistulam.

Taifali nomen & Triballi.

Bastarnæ & Peucini Gothici populi.

115. Thra-

[a] lib. 4. c. 12. [b] lib. 3. c. 43.

115. Thraciam Dacumque incoluerint, teste *Aurelio* Vict. c. l. tum quia horum populorum expeditiones ad *Gothicas expeditiones* referantur à *Gassiodoro* in Galieno, & *Eutropio* in Galieno & Claudio. Horum confines fuerunt *Authoriati*, quæ gens unde sic dicta sit, non facilè assequor. Hodie ferè idem nomen habent in Nadravia, Zalawonia, Zamogethia &c. *homines*, qui *lintea pedum involucra* gestant iisque incedunt: à voce *Autai*, quæ denotat talia *involucra pedum*. Situm eorum fuisse in *Russia Rubra* & in *confiniis Hungariæ* probabile videtur. Nam cum *Clytus Zardilei* ab Alexandro defecisset, & *Glaucium Regem Taulantiorum* in auxilium sibi adjunxisset: erant qui Alexandro M. nunciarent, ut acceleret iter, ne aliàs ab *Authoriatis* bello præoccupetur. Tum temporis ad Danubium Alexandrum mansisse certum est ex Ariano Nicomediensi in Alexandro. Bastarnas autem eos *confines* fuisse habet *Appianus* Alex. in historia Illyricorum quo etiam refert *Ardiæos*. Ibidem.

Authoriatæ. *Ardiæi populi.*

§. IV.

De Bastarnarum oppidis.

HÆc clarè nobis designat Ptolomæus, & quidem de mediterraneis septentrionem versus sic ait: *Oppida mediterranea sunt supra Tyram ad Daciam, Carrodunum Mœtonium Clepidawa VVibantavarium, Eractum. Carrodunum* Cluverio est *Lwow*, *Leopolis Reuschlemberg*. *Mœtonium* haud procul à Tyræ ripa *Rohatyn. Clepidawa* est ipsi *Kaminiec. Vibantavarium* est ipsi *Bar*, *Eractum*, *Row*. Ad hæc respondet quidam „ ex amicis, cùm prædicta Bastarnarum oppida *supra Tyram* sita sint, „ secundum citata verba Ptolomæi; non benè per Carrodunum in- „ telligitur Cluverio, *Leopolis*, sicut neque per *Vibantavarium Bar*, cum „ hæ urbes non *supra*, vel *prope* Tyram sed *ultra* seu *procul* à Tyrâ „ positæ sint, scilicet 10. *Milliaribus Ocrenicis* distantes à flumine, ut ex „ tabulis Geographicis patet. Sed & *Camenecum*, multò magis *Ro-* „ *hatinum* longiùs distant ab eodem flumine. Illud duobus scilicet, hoc „ prope 6. Milliaribus, nec ad *Daciam* sunt hæc oppida. Meliùs ita- „ que per Carrodunum intelligitur *Halicia* urbs, à qua deinde di- „ ctum fuit *Haliciæ Regnum*: per Moetonium *Zorawa*, ubi nuper pa- „ cta sunt pacis fœdera inter Polonos & Turcas, per *Clepidava Cho-* „ *timum* vel *Zwanecum*, per *Vibantavariam Mohilov* vel *Ampol*, per „ *Eractum Oriow*, nisi oppidum hoc dictum sit Cluverio *Row*. Sunt „ & alia supra Tyram oppida, ubi sunt *Studenica Jamga*, quæ alter olim „ dici poterant & dicebantur. Hæc ille. *Mihi quid ad hoc dicendum sit, illud primùm occurrit*, quod non solum *nomina*, sed & ipsa *mutentur opida*, adeò, ut ubi olim incolæ fuerant, nunc desolati spectentur campi, & vice versa, ubi olim campi in agros exculti serebantur, ibi nunc incoluntur à civibus. Hæc est rerum vicissitudo, quæ etiam integra Regna & Provincias afficit. Verissimum illud Poetæ.

Halliciæ Regnum.

Fuit quondam Ilium, fuere Troes;

Noſtra etiam comprobant tempora bellorum plena. Sed etſi bella deforent, ipſum *tempus edax rerum* atque *invidioſa vetuſtas*, ut canit quidam, omnia conſumunt. Quid ſi accedat inimica Elementorum vis aut eventu fortuita non fortunata? Quare in aſſequendo veterum ſcriptorum ſenſu, atque interpretandis locorum nominibus,quæ ut propoſita ſunt, latè patet unicuique campus conjecturandi & ſentiendi, prout ipſi veriora ſe offerunt argumenta. *Occurrit* 2. quod nomine Carroduni intelligatur etiam *Cracovia* olim eo nomine vel ſimili vocitata. Hic eſt ſenſus quorundam ex amicis. *Occurrit* 3. de *Clepidawa*, quod etiam illius nomine, usque hodie apud Zamogethas urbs *Memela* in Pruſſia Ducali ad mare Balthicum ſita, vocetur. Certè inter omnes Sarmaticas civitates illa eſt vetuſtiſſima, æſtuario *Mentonomo* clara veteribus, qui exinde in *Abalam* Inſ. i. e. Samiam, *Succini* mercandi cauſa, unius diei navigatione, teſte *Plinio*, proficiſci ſoliti erant. *Occurrit tandem*, cùm Baſtarnæ à viſtula ad Danubii oſtia cæteris populis Gothicis immixti fuerint potuiſſe fieri, ut *Baſtarnarum plurimi has Ruſſiæ Pruſſiæquè inſederint oras.* Sed ſalvo hæc Doctiorum ſenſu, quibus in tam obſcuris rebus fas eſt, ut præmonui, ſuo abundare ſenſu.

Arduum eſt veterum ſenſa aſſequi.

Cracovia Carrodunum.

Memela Clepidava.

Errata Graviora

Lib. II. Orbis Gothici.

ſic corriget. B. L.

Si ſecundum numeros majores, paginas: lineas ſecundnm minores numeret.

Pag. I lin. 25. L. Pocutios. 26. Croatos. II. 6. Schlavonier. 7. Forojulienſis. 13. poſt; pridem natum, adde: notum. 16. Volynii. 18. pro Bojemum lege Bojorum. 96 Ulodomirienſes, Treverienſes. Ad marginem pro Veterani L. veteranis. III. 17. pro ad, lege od. 29. pro *Slova* l. Słogſa. ad marginem. pro *Szluvaci* l. *Szlavaci.* IV. 5. pro *in Tanai*, lege *à Tanai* 16. Croatarum. 17. *Cromerus.* 27. Pribyslaus. 28. Calimachus. 39. pro derivans lege devians. V. 8. quendam. 30. *Pruſſis* ſuccini Dominis 35. *Sinus.* 40. *Pomponius Lætus.* VII. ad marginem Slavi. VIII. 3. Jornandi - Antes. 11. Blondo. 13. Illyriumque. 24. pro Navi lege Slavi. 36. Jornandes. 37. Svidas. 38 pro deputantur, lege depopulantur. 43. Jaroslaus. 44 Bulgaris. IX. 13. Moeſtri lege Mœotim. 21. pro non lege nomen. 37. Reuſſen. X. 11. Roxolaniæ. 21. Ruſſo - lietuani. 29. pro Auſſiæ, lege Ruſſiæ. XI. 11. Gotho- miſſel. 14. pro Auſſorum lege Ruſſorum. 33. magnæque. XII. 16. pro Oronobus lege Drohobus-Moſayſco. 24. Wolocz. 30. Joannes Baſclides. 43. diverſum. 44. induere. XIII. 6. victitant. XV. 4. Trembulienſe. 12. poſt eminentiorum, adde tecta. 13. Miedziboż. XVI. 13. fuiſſe pro eſſe. 22 Radzivillium. 35. pro Snodnenſis lege Grodnenſis. 43. czetra. XVII. 18. pro Wajeros, lege Warejos. XVIII. 32. pro importive, lege importunè. 37. compulſor. 44 (denotat. 46. Ladoga. ad marginem Vareji. XIX. 6. auffugit. 14. Novogardiæ. 16. Monarcha. 23. SVENTOPELCUS. 35. Czerniechoviam. 37. Ulodimiriæ. xx. 1. pro ſiturint lege valuerint. 2. Magn. 1[illegible]. Aſtracan. XXI. 17 Caſparus Henneberus. 28. Voitis. 30. Voitis. XXV. 1. polluiſſe. 5. probè. 31. Zvetuo. 39. Stella. 41. Nadravia, Zalavonia &c. ſunt. XXIII. 16. 14. Menggalis. 14. Jagello. XXVI. 1. acti? 13. Palemonis. 23. Centaurus. 35. vixiſſe. XXV. Hlebus. XXVI. 18 Jagello. 20. pro Svitondus lege ſeu Vitoudus. 8. pro fra-

tres lege frater. 42. pro Poslen lege Pohlen. XXVII. 14. acceptet. 45. Vandalicæ. 46. Lechum. XXVIII. 34. Sandecensem. XXIX. 10. Tecinum. XXX. 33. Crusvicia. 39. Sluzevia. XXXII. 11. Miasv. 14. Mozny. 15. Vir. 26. deleatur, Palatinatus- l. quarum. 27. prima - pro Palatinatus lege Terra, quæ. 28. posita. 29. pro Livense lege Libnense. 34. Siepreja. XXXIII. 3. Knisinum. 37. 38. Zemovoitis. 38. Zemovitus. XXXIV. 5. Crivoustus. 7. Boleslao IV. 10 - 11. Lasconogus. 16. Glogoviensis. 31. sequentes ad marginem, pro obitus lege abitus. XXXV. 1. irritati. 8. Austriacum. 32. incolarumque. XXXVI. 8. Bructeros. 9. superatos. 15. ubi. 24. Prut. 44. accolæ. XXXVII. pro Lieto- & Zamogeth, lege Lietuania & Zamogethia. 20. Hem pro Item. 41. Duglossius. 42. adjicit. XXXVIII. 9. Prusiam pro Prussiam. 10. Prussia. 20. vixerunt. 35. Albæque. XXXIX. 2. Medenau. 8. Tilse. XL. 8. Borzechoviensis. 10. Lonkoriensem. 18. Johannisburgensem- Lötzenensis. 21. Inter hos CLXXVII. 18. à Wallenrod. 45. præter hos. CLXXIX. 42. pro a. lege aut. CLXXVII. 16. Drovantza. 36. præmunire. CLXXXVI. 35. Testes. CLXXXVII. 119. pro Gyntherus lege Gideon. CXCI. 7. Wolmer. CXCIII. 47. Chron. pro Cromer. - Chron. pro Cromer. CXCVIII. 18. pro saccensi lege accensi. CXCIX. 16. misericordia. CCII. 26. Quidino. 41. debitum. CCII. 25. Heldrungen. 36 Lato. CCIV. Sarmatis 15. Kojalov. CCV. 24. Vallia. 42. generaliori. 44. Athaulpho. CCVI. 6. Tanuidis. 26. pro & lege est. 33. pro Instint lege Instrut. 41. Zomogethas. 45. Decius. CCIX. 37. pro idducto, lege deducto. 39. pro Cecronia, Curonia. CCX. 3. quas. 15. quæ. 18. Berthius. 27. 28. Simocato. 30. Tatarorum & Nomadum. 38. habuisse. CCXI. Vitene. 16. Tartaria. 31. Barsalos - Unigu-ros, 35. Moageras. 39. Pseudoavarum. CCXII. le. in V. a in e. 2. Sarmatas. 5. Uniguros. 6. Mela. 21. Agathias. CXIV. 28. Alanos. 34. Pascativ. CCXV. 13. abdali. 31. Pascativarum. 45. Scythas. CCXI. 40. militia. CCXVII. 4. Inde in. 8. Scythicas 10. pro coacti lege conati. 38. Angustias. CCXIX. 3. ejus filius. 13. Catrigurorum. CCXX. 8. Hemimontanos. CCXXI. 5. Bastarnas. 18. 19. incolas. 30. pro verorum, lege Virorum. 41. ipsi. 44. pro autem lege amnem. CCXXII. 2. Hierassum. 3. Hierassum. 9. Tyræ. 10. Mediterraneis. 23. Sarmatiæ. 27. Germaniæ pro Germaniæque. 35. Peucæ. 44. Ducis. CCXXIII. 2. prætoriani milites. 4. sic pro hic. 16. ad Tanaim. 37. Taifalis. CCXXIV. pro us lege iis. 3. Cassiodori. 37. Studenica Jaruga. quæ aliter.

Cætera minora Sphalmata in punctis & incisis, in literis majoribus minoribus &c. haud gravatim corriget ipse Lector benevolus.

INDEX POPULORUM,

quorum fit mentio in hoc Lib. II. Orbis Gothici.

Abares 211
Abdali 204
Ægyptii 217
Æstii 5. 207
Æthiopes 217
Agathyrsi 204
Agazirri 5
Alandi 203
Alani 203. 211
Alauni 203. 211
Albani 203
Alrauni 215
Angrivarii 36
Antes 5
Anthrophracti 213
Ardiæi 224
Arimaspi 200
Arimæi 11
Arsietæ 213
Attiæ 38
Atmones 222
Avares 211
Avarini 223
Authoriatæ 223

B

Bali 18
Balthi 18
Barsales 211
Bastalæ 219
Bastarnæ s. Basternæ 219 seq.
Batali 219
Besserabi 219
Bessi 218. 223
Bieli 11
Bohemi 1. 2. 4
Boji 2. 6
Borusci 11
Bornii 1
Bosporani Hunni 212
Bructeri 36
Bulani 27
Bulgari 1. 4
Burgiones 223
Burgundiones 217
Bythinii 37

C.

Calani 13
Carni 1
Cassubii 1. 2. 4
Celtæ 6

Cere-

Ceremissi Logori 11
Nagori 11
Cestiboci 204
Chamavi 36
Chorontani 11
Chorvati 11
Chrivicii 11
Chuni 210
Cimbri 19
Circassi 15
Cisalpini
Colchi 17
Cosaci 14
Coseri 17. 18
Croati 1. 4
Cujaviani 2
Cuni 210
Curones 1

D.

Daci 3
Dalmatæ 1
Dani 3.5
Drewliani 1. 4 11
Duleviani 1

F.

Fenni 211
Fingæsi 211

G.

Galindi 22
Galli 220
Geloni 201
Gepedes 7
Germani 6
Gothi 3
Greitungi 209
Grustinscii 13
Grutungi 220

H.

Hemimontani 220
Heruli 5
Huchrizchi 13
Hungari 4
Hunni Alboni 212
Bosporani 212
Cotriguri 212
Euthalitæ 212
Isabeni 212
Nephthalitæ 212

I.

Jazyges 204
Jonici 38
Itali 3
Jugari 214

K.

Karvati 1
Kyovienses 2

L.

Lechi 4.27
Lekai 27
Legsai 28
Leiwones 1.190
Lesgi 28
Lietuani 1. 15
Longobardi 217
Loppii 13
Lubovii 197
Lucumores 211
Lusatii 1. 2

M.

Magyari 210
Malovii 2. 32
Mallagethæ 204
Medi 218
Melanchlani 7. 204
Moali 214
Mogores 211
Moldavi 1
Molgzamii 21
Moravi 1
Morduæ 11
Morlaki 1
Moschi 1
Mosci 11
Mucritæ 21
Mysii 6

N.

Nadravi 22
Nebri 210
Neuri 210
Nomades 3
Norci 4

O.

Ombrones 223
Ozechi 11

P.

Pannonii 4
Parthi 211
Pascativi 214
Pedemontani 3
Peloponenses 217
Permienses 13
Persæ 219
Peucæ 222
Peucestæ 222
Peucini 219 seq.
Phinni 28
Phrungundiones 28. 211
Piengitæ 223
Pocutii 1. 2
Podolii 1. 2
Polabingi 36
Polani 11
Poloni 3
Polucii 1. 2.4
Pomerani 2
Porussi 9
Porusci 9
Poruthení 36
Povatani 2
Prussi 1. 2.3
Pruteni 36
Pseudavares 211

Q.

Quadi 222

R.

Rasciani 1
Riphaces 9
Romani 20
Roxani 9
Roxolani 6
Russi 1. 2 4
Rutheni 9. 10

S.

Saberi 211
Saboci 223
Sarmatæ 3
Schonii 3
Scordisci 220
Scythæ 5
Sczibanscii 14
Senigalli 34
Serbi 1
Serbli 11
Servii 11
Serpononoscii 13
Siberii 13. 212
Sidones 222
Silesii 1
Slavi 2
Slavini 5
Sogori 211
Stavani 206
Sudani 218
Sudini 22
Sudones 223
Sveci 3. 4
Sveones 5
Susdalienses 2

T.

Taifali 223
Tatari 200
Taulantii 221. 224
Taurisci 6
Teutones 3
Thraces 3

Trasla-

Traslani 1
Treverienses 2
Tribelli 221
Troglodítæ 221
Trojani 3
Tuiscones 3
Turcæ 210
Tyragethæ. 220

V.

Valachi 1
Vandali 7
Vanniani 3
Vareji 18
Vendi 1
Venedi 5
Veri 211
Veruli 18
Vidiarii 5. 207
Vilti 2
Vinæ 5
Visogothi 7
Vlodomirienses 2
Ungri 211
Unigeri 211
Vogulici 13
Volhynii 1
Vologdani 13

Z.

Zalavoni 22
Zamogethæ 1. 16
Zaporowij 211
Zechi 4. 27

INDEX RERUM,

Lib. II. Orbis Gothici.

ABares pop. 211
Abdali pop. 204
Æstiorum fastes 207
Agathyrsi pop. 204
Agazirri pop. 5
Ajon Princeps 8
Aladaricus Hunnorum Rex 219
Alandi 203
Alanorum nomen unde? 203 seq.
--- --- variat. 203
Sedes genuina 204
--- de hoc sensus varii 205
--- --- sensus Auctoris 205 seq.
Expeditiones bellicæ variæ 209
Mores & ritus 209
Populi 209
Alani Gothi 205
Albertus March. Brandeb. Primus Dux in Prussia. 177
Album colorem induunt animalia 12
Allus Prussorum Cerevisia 204
unde sic dicta? 204
Alpes Bastarnicæ 222
Alrauni 215
Amalorum familia Regia 18
Angrivarii pop. 36
Antes pop. 5
Ardiæi populi 224
Arimaspi pop. 204
Arpietæ 213
Astracan Regnum 14
Atmones populi 222
Attila Hunnorum Rex 218
Avares popul. 211
Authoriatæ pop. 224

B.

Balorum famiila 18
Balthorum familia 18
Bardillus Princeps Slavorum 7
Bareza Hunna Mulier potens 219
Barsales pop. 211
Basili' Ibanowiz. Zucko fit M. Dux Prussiæ. 20
Basilius M. D. Russ. 30
Bastallæ 219
Bastarnæ 219 seq.
eorum nomen variat. 219
--- --- derivatur. 220
eorum Originales sedes variant 220
--- --- Situs 221
-- --- varii pop. 222
--- --- oppida. 224
sunt Gothi. 223
Batali populi 219
Bela Hunnorum Rex 218
Bellum Dacicum 6
Marcomannivi 6
Berebistas Getarum Rex 6
Celtas Dacos Tauriscos delevit 6
Besserati 219
Bessi 219
Betzen 14
Bielejezoro Duc. 13
Bieli 11
Bielscia 12
Birze Ducat. Radzivil 16
Boji 2. 6
Borussi vox quod significet 36
Bosnii 1
Breslav 14
Brestensis Palatin. 16
Brezanum 14
Brozovia 14
Bructeri 36
Buczacź 14
Bulani 27
Bulgari Slavi restituunt Justinian. Imperat. 8
eorum conversio 123
Burgundiones 217
Buscen. 14
Busteoziero 13

Calani populi 13
Calissiensis Palat. 30
Cama fluv. 13
Camienecum 15
Cancuga 14
Candora 13
Carolus Princeps Sveciæ fit M. Dux Russ. 20
Carni pop. 1
Casan 14
Cassubii Slavi 2
Chaba Hunnorum Rex 219
Chajani Rex Hunnorum 8
Chelmen. 14
Chilinow. 13
Chlopigrod 13
Chmielnicum 14
Circassi populi 15
Colugsa 12
Conversio --- Bohemorum 193
Bulgarorum 193
Slavorum 192
Polonorum 193
Hungarorum 195
Russorum 195
Prussorum 195
Coporigia 12
Corsira 12
Cosaci 14
Coseri Russorum 17
Costromow gorod 13
Cotelnicz 13
Cotison Princeps Slav. 6
Cracoviæ singularia 28
Crasnostaviencse Territ. 14
Cresovia 14
Culmense Territorium qua ratione traditum Episcopo I. Prussiæ. 178 Ordini Teutonico? 178 varia de hac re diplomata à Conrado Duce 178
à Christiano ibid.
ab Episcopo Plocensi ibid.
à filiis Conradi 189 seq.
à Rom. Pontifice 182
Cyrilli characteres Slavis dati 6
Czernichow 12
Czestochow 29

D.

Daci 6
Dacicum bellum 6
Dagobertus 8
Danielowiź 14
Decebatus Rex 6
Densices Rex Hunnor. 210
Detremius quidam fit M. Dux Russiæ 20
Detremii falsi in Russia 20
Dinovia 14
Dobrynense Territorium 32
Dobromilia 14
Dobrovoda 14
Dorsprungus Princeps Lietv. 24
Drewliani debellantur 19
Drohobus 12
Dubiecia 14
Dvina 12

F.

Felstinum 14
Fennorum feritas 207
Friedrich Wilhelm March. Brand. fit supremus Dux in Prussia 177
Fulstinia 14

G.

Galicź 13
Garibaldus filius Tassilonis vincitur 8
Gliniani 14
Gordas Rex Hunnorum fit Christianus 219
Gothardus Ketten fit Dux Curlandiæ 192
Gothi sunt Slavi 1
Gothicæ gentes multæ 7
Grabovec 14
Grodek 14
Grodlense Territorium 24
Grustina 13
Grustinscii 13

H.

Haliciæ Regnum 224
Halicź 14
Henrici Valesii Reg. Pol. abitus 34
Hieronymi Characteres 7
Hugriczchi populi 13
Hunni 210 seq.
eorum nomen unde? 210. 211
--- magnitudo 211
--- feritas 212
--- Origo 214
--- Expeditiones bellicæ variæ 216
--- conversio 218
--- Reges 218 seq.
Hunni sunt diversi ab Alanis 215
--- à Fennis 215
--- à Lapponibus 215
--- ab Alraunis 215
vincuntur à Longobardis 218

I.

Jagellonica familia in Polonia 34
Jamnia 12
Jaroslaw 13. 14
Jarosovia 14
Javani nomen apud Slavos celebre 4
Javorow 14
Igor Princeps Russorum 19

Joannes Basilides 20
Italorum adventus in Lietvania 23 seq.
Jugra seu Juhara 13
Juharia 13

K.

Kamorna 14
Krantzii error. 4
Krywe Prussorum Pontifex 23
Kyoviæ Palatinatus 15

L.

Lancutum 14
Laticzov. 15
Lechus & Czechus Fratres 27
Leopolis 14
Lesko 14
Lidense Territorium 16
Lietvania 15
ejus Episcopi 15
--- nomen unde 16
--- est novum 16
olim Russia dicta 18
ejus Principes 21 seq.
ejus Insigne M. Ducatus 27
primus Princeps Christianus fuit Boryssus 25
unitur Regno Poloniæ 26
Livonia 35
ejus divisio in 7 Provinciis 191
regitur à Magistris Ordinis Ensiferorum 191
Loppia 13
Lubinense Territorium seu Palatinatus 29
Lucumoria 13

M.

Magdeburgum contra Slavos exstructum 8
J. Magnus refutatur 209
Maldittus R. Russorum 19
Mare Scythic. veterib. glaciale habitum 215
Martinovia 14
S. Martyr Slavus 6
Maso nomen quid significet 32
Maso Princeps 31
Masovia Ducatus 30 seq.
unde nomen? 30
ejus Palatinatus 32 seq.
Mosovii an à Massagethis descendant? 31
eorum cursivæ habitationes 32
eorum cum Prussis una olim linigva, religio 33
Memela clepedæ dicitur. 225
Michael Fedoravitz M. Dux Russorum 21
Miecislaus Princeps Christianus Polon. 33
Monasterzisca 14
Morachva 14
Moschi Russi 2
Moschi Russi non sunt Mosci in Cappadocia 2. 17
Moscua 11
Moiczysva 14
Mozayisko 12
Msczenek 13
Msczislaviensis Palatinatus 16
Musacinus Dux Slavorum capitur 8

N.

Nartæ soleæ Russorum 13
Neivicia Ducat. Radzivill. 16
Nisinovogorod 11
Novogardia 12
Novogrodensis Palatin. 16

O.

Obbius fl. 13
Obdoria Provin. 13
Occa fluv. 12
Oölojon 12
Olech Russ. 19
Orlow 13
Ordinis Ensiferorum Magistri 191
Teutonici Magistri Generales 40
--- --- --- Provinciales 178
Ormianense Territorium 16

P.

Papæ Roman. studium in convertendis Prussis 200 seq.
Peczora fluv. & Prov. 13
Pereaslaw 13
Permia 13
Peucini 223
eorum situs 223
Piscibus ac sale victitantes 12
Plescow 12
Plocensis Palatinat. 32
Pocutia 14
Podhayce 14
Podlachia Palat. 33
olim Russia dicta 37
Polemon Litvaniæ Princeps 24
unde illius nomen 24
Poloni 8. 26. seq.
non descendunt à Lesgis 28
sunt Gothi 28
eorum Principes 33
-- studium in convertendis Prussis 196
ipsis sunt graves Prussi 288
vincuntur à Prussis 288
Polonia Major & minor 29
Majoris Palatinatus 28
Minoris Palatinatus 28
Archiepiscopus & Episcopus 194

Poloniæ & Sveciæ Regnorum conjunctio non diu durat. 35
Poloni occupant partem Russiæ 19
Poloni & Sveci rejiciuntur ex Russia. 20
Pomesonis nomen unde 32
Porussorum nomen 36
Posnaniensis Palat. 29
Præmisliensis tractus 14
Prævorczia 14
Priscus Dux Rom. Imperator.
Prussia 35 Olim Russiæ conjuncta 32
ejus varia nomina 35. 10
unde nomen? 36 quando innotuit? 38
ejus topographia vetus 38
--- --- hodierna 39
dividitur in Regalem & Ducalem 39
Prussiæ Regiæ Capitaneatus 37
Ducalis Circuli 38
Prussi antiquitus bellicosissimi 207
pacati 207
Polonis graves 208
eorum & Alanorum mores iidem 209
eorum Principes 40. 177
--- lingua 37 non est Græca 38
actiones 199
potentia 17 seq.
cursivæ habitationes 32
fustes plumbatæ 207
Apostoli 198 seqq.
Conversio ad fidem 202
Rebelliones 203
Pruteni quasi Porutheni 36
mutant nomen 37
Prutus Annianus 36

Q.

Quadi 222

R.

Ravensis Palatinatus 30
Reuchlini bibliotheca 7
Rhezan Duc. 11. 12
Rhostowa 13
Romanovia 14
Rodoaldus Dux Samnitum 8
Rosanna 14
Roxani 6
Roxolani cædunt Romanos 6
Rschovia 12
Rsczeva 12
Rurik Russiæ Princeps 18
Russia 9 ejus situs 10. 3
nomen 9 quod variat 9
ejus amplitudo 11
Moscovia appellata 20
Russia variè divisa 19
Russia alia Regalis alia Ducalis 11. seqq.
Russia Rubra 14
ejus Provinciæ 14
Russiæ albæ Palatinatus 16
Russiæ Archiepiscopus est Archiepiscopus Lietvaniæ 15
Russi Guddæ dicuntur 9
unde Nomen? 10
Russorum nom. augustius quam Moscor. 2
eorum annales 9
antiquitas 9
Origo 10
Principes 17. 18
--- non fuerunt ex Dania vel Svecia 17
--- fuerunt Prussi 17
Russi Princeps Slavorum populus 6

S.

Samboria 14
Sanoc. 14
Sarmatæ sunt Slavi 1
Sarogrod. 14
Satanow 15
Scebressinum 14
Sendomiriæ singularia 29
Serponowscii 13
Siberia 12
Sigibertus Rex Austriasiæ 8
Sinaus Princeps Russorum 18
Siradiensis Palatinatus 30
Slabas vox quid? 3
Slava quid? 3
Slavi 1
eorum nomen 1. 2 variat. 2. derivatur. 3
flexio 3 dialecti. 1
Slavorum nominis Origo. 4 est recens. 2
Provinciæ 1
Chronologia 6
fidelitas 3
Origo. 4
Reges à Slava nomen sumunt 8
Conversio ad fidem 192 seq.
Slavi Augusto Imperatori Rom. chari 6
Imperium Romanum infestant 6
Romanis militant 6
sunt Vinidæ. Vendæ 7
Ingeniosi in captandis hostibus 7
assistunt Justiniano Imp. 7
fugant & restituunt Justinianum 8
spori sunt dicti 7
vincunt Alanos 8
sunt Hunnis intermixti 8
In Italia 8
In Thracia 8
Macedoniam vastant. 8
Sloboda 13
Slucko Ducatus Radzivillior. 16

Smolensko 12
Sniatyn. 14
Sokal 15
Stanislaus Episcopus Cracoviens. cæditur 34
Stepanow 15
Swento pelcus Russ. Princeps 15
Swentoslaus M. Dux Russ. 19
Swevi in Mœsia 6
Swdalia 13
Szibanscii 14

T.

Tarnopoll. 15
Tatari subjugant Russiam 19
Taulantii pop. 221
Teifali 223
Terbellinus Rex Slavorum Bulgarorum 8
Tersak 12
Teutonici Ordinis Magistri Generales 40
--- --- --- --- Provinciales 178
Theodor. M. Dux Russiæ 20
Tomasovia 14
Toropojet 12
Trembuliense Territorium 15
Triballi populi 223
Trovor. Russorum Princeps 19
Tverensis Ducatus 12
Tulla fluv.

V.

Vagria 17
Vandali 17
Vandalia 17
Vareji 17
Varejum Mare 17
Venationes Moscorum 12
Veterum sensa assequi arduum 225
Uglicź 13
Viadka regio 13
Vichanie regio 13
Vielunensis Terra 30
Vieniovecia 15
Vilna 15. 16
Vinnica 14
Visnia 14
Viszora 13
Vitene 15
Vitepsk Pal. 16
Vladislaus IV. fit M. Dux Russiæ 20
Vladislaviensis Palat. 30
Vladovia 14
Vodzka Regio 12
Vogulici pop. 13
Volga fluv. 12
Volodomiria 15
Volodomirus Russiæ Pr. 19
Vologda Prov. 13
Volotinia 12
Usczie 14
Usolocź 12
Ustilna 13
Ustinga 13

W.

Wiedewniti nomen 21
quis ille fuerit? 23
ejus Sedes & actiones 22
f. --- Successores 22 seq.
Wielki luki 12

Z.

Zaberga Hunnorum Princeps 219
Zamogetica 15
ejus Ducatus 16
Zamosæum 14
Zaslavia 15
Zavalovia 15
Zbaraz 14
Zborow 14
Zemnopojos montes 13
Zidaczovia 14
Zitomivia 14
Zloczow 14
Zolkuja 14

S. D. G. B. M. J. C.

F I N I S.

